

Zeitschrift: Freiburger Zeitschrift für Philosophie und Theologie = Revue philosophique et théologique de Fribourg = Rivista filosofica e teologica di Friburgo = Review of philosophy and theology of Fribourg

Band: 55 (2008)

Heft: 2

Artikel: La dottrina della simonia di Ulrico di Strasburgo : De summo bono VI 3
19-20

Autor: Palazzo, Alessandro

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-761211>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 18.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

ALESSANDRO PALAZZO

La dottrina della simonia di Ulrico di Strasburgo: *De summo bono* VI 3 19–20

In un articolo apparso nel precedente fascicolo della *Freiburger Zeitschrift für Philosophie und Theologie* (1, anno 2008), ho ricostruito un aspetto poco studiato della recezione del *De summo bono* di Ulrico di Strasburgo, ossia la diffusione delle dottrine di teologia morale e pastorale penitenziale esposte nel sesto libro. In quella sede ho raccolto una serie di evidenze testuali che mostrano come nell'area tedesco-polacca nel tardo medioevo Ulrico venisse frequentemente citato su quei temi.

Il presente contributo, progettato come appendice a quell'articolo, lo completa perché presenta un'edizione dei capitoli 19–20 di *De summo bono* VI 3, dedicati alla dottrina della simonia, che rientra nel novero di quelle trattazione e che fu probabilmente la più apprezzata tra quelle. In questo modo gli specialisti di diritto penitenziale medievale potranno ricostruire in maniera fedele la posizione di Ulrico sulla simonia, inserirla nel contesto tardomedievale e cogliere eventuali elementi di originalità. Dalle loro conclusioni trarrà profitto una valutazione complessiva del *De summo bono*. Per una migliore comprensione della fortuna di quella dottrina ulriciana, inoltre, potrà risultare di una qualche utilità anche la verifica, resa possibile dalla presente edizione, di quali sezioni del testo originale ulriciano siano state usate da coloro – Giovanni di Friburgo *in primis* – che escitarono e citarono i due capitoli qui editi.

Criteri editoriali

Il testo è stato costituito collazionando due codici:

P₁ Paris, Bibliothèque Nationale de France, Ms. lat. 15901, ff. 147vb–158rb

R Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Cod. Vat. lat. 1311, ff. 175va–179ra

Nei casi di divergenza tra le lezioni di questi testimoni è stato usato come termine di confronto il codice:

K Köln, Historisches Archiv der Stadt Köln, GB f°170, ff. 54rb–61va

Se letterali, sono state prese in considerazione, infine, le citazioni contenute in: Joannes de Friburgo, *Summa confessorum*, Ludguni 1518.

La relazione tra questi testimoni consente di ricostruire un testo affidabile e, per quanto possibile, vicino all'originale ulriciano. L'edizione di Franz-Bernhard Stammkötter ha fornito solide evidenze della parentela di P₁ e K, dipendenti da un antografo ε, a sua volta derivato dal subarchetipo α¹, e prove della dipendenza di R da β², confermando così la bipartizione della tradizione in due rami già accertata nei primi quattro libri del *De summo bono*. Ulteriori evidenze emergono nell'edizione dei due capitoli sulla simonia, dove la parentela di P₁ e K riceve una conferma. L'edizione mette anche a nudo la tendenza di P₁ a correggere originarie lezioni inesatte comuni a K. La gran parte di queste correzioni si possono spiegare ipotizzando che il copista di P₁, o una possibile seconda mano, abbia avuto accesso ad un altro testimone collocato ad un livello più alto della tradizione manoscritta, verosimilmente α; altre sembrano piuttosto congetture.

Alla luce di questa situazione:

- a) i casi di divergenza KP₁ – R sono stati sciolti sulla base delle fonti, dei contenuti, del contesto e dei tradizionali criteri di critica testuale (*lectio difficilior, usus scribendi*, ecc.);
- b) in alcuni casi si è preferita la lezione esibita negli estratti contenuti nella *Summa confessorum*, da sola o in accordo con P₁;
- c) le lezioni singolari di P₁ sono state prevalentemente rifiutate.

Addebitando l'asprezza della forma alla natura della trattazione, si è ritenuto opportuno assumere un atteggiamento conservativo nei confronti del testo tramandato dai manoscritti, anche quando esso appariva poco scorrevole e anacoluto. La suddivisione in paragrafi è quella di R, corretta in quattro casi sulla base della *Summa confessorum*. Le sezioni in corsivo sono citate da Giovanni di Friburgo.

L'apparato delle varianti è costituito negativamente: esso registra tutte le lezioni singolari di R e P₁ nonché gli errori di K comuni a P₁ e R o le varianti del codice di Colonia in corrispondenza delle lezioni singolari di P₁ e R. Nell'apparato delle fonti sono state registrate solo le fonti esplicite.

Simboli e abbreviazioni

In textu

- | | |
|-----|----------------------------|
| < > | quod addendum esse videtur |
| [] | quod delendum esse videtur |

In apparatu

- | | |
|------------------|---------------------------------------|
| P ₁ * | Cod. P ₁ ante correctionem |
|------------------|---------------------------------------|

¹ F.-B. STAMMKÖTTER, De virtutibus secundum principia philosophica. *Die philosophische Tugendlehre bei Albert dem Großen und Ulrich von Straßburg*, on-line: <http://deposit.ddb.de/cgi-bin/dokserv?idn=960446214>, pp. A248–A249.

² F.-B. STAMMKÖTTER, De virtutibus secundum principia philosophica, pp. A252–A253.

P ₁ ^c	Cod. P ₁ post correctionem
add.	addidit
ap.	apud
can.	canon
cap.	capitulum
cf.	conferatur
coni.	conieci
corr.	correxit
del.	delevit, deletum
dist.	distinctio
illeg.	illegibilis
in marg.	in margine
inv.	invertit
iter.	iteravit
lac.	lacuna
lib.	liber
om.	omisit
p.	pars
praem.	praemisit
qu.	quaestio
s. l.	supra lineam
suppl.	supplevit
tit.	titulus
tract.	tractatus

Bibliografia

- ALBERTUS MAGNUS, *Commentarii in IV Sententiarum*, ed. A. BORGNET, Paris 1894 (Opera omnia 30).
- AMBROSIUS, *De paenitentia*, ed. O. FALLER, Wien 1955 (Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum 73, 117–206).
- ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, ed. I. BYWATER, Oxford 1894.
- AUGUSTINUS, *Epistulae CXXIV-CLXXXIVA*, ed. A. GOLDBACHER, Wien-Leipzig 1904 (Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum 44).
- AUGUSTINUS, *In Ioannis evangelium tractatus CXXIV (editio altera)*, ed. D. R. WILLEMS, Turnhout 1990 (Corpus Christianorum. Series Latina 36).
- BEDA, *Homiliae genuinae* (PL 94,1–268).
- BEDA, *In S. Joannis Evangelium expositio* (PL 92,633–938).
- *Biblia Sacra iuxta Vulgatam Versionem*, ed. R. WEBER (adiuvantibus B. FISCHER / I. GRIBOMONT / H.F.D. SPARKS / W. THIELE), 2 voll., Stuttgart 1975.
- *Corpus Iuris Canonici*, edd. E.-L. RICHTER, / E. FRIEDBERG, I-II, Leipzig, 1879–1881.
- *Decretum Gratiani emendatum et annotationibus illustratum una cum Glossis*, Parisiis 1601.

- *Glossa interlinearis*, in: *Biblia Latina cum Glossa ordinaria*, Argentinae 1480–1481 (Facsimile Reprint of the Editio Princeps Adolph Rush Strassburg 1480/81, Turnhout 1992).
- *Glossa marginalis*, in: *Biblia Latina cum Glossa ordinaria*, Argentinae 1480–1481 (Facsimile Reprint of the Editio Princeps Adolph Rush Strassburg 1480/81, Turnhout 1992).
- GREGORIUS MAGNUS, *Homiliae in Evangelia*, ed. R. ÉTAIX, Turnhout 1999 (Corpus Christianorum. Series Latina 141).
- GREGORIUS MAGNUS, *In septem Psalmos poenitentiales expositio* (PL 79,549–658).
- GREGORIUS MAGNUS, *Registrum epistularum*, ed. D. NORBERG, Turnhout 1982 (Corpus Christianorum. Series Latina 140).
- HIERONYMUS, *Commentarii in prophetas minores*, ed. M. ADRIAEN, Turnhout 1969 (Corpus Christianorum. Series Latina 76).
- HIERONYMUS, *Hebraice quaestiones in libro Geneseos*, ed. P. DE LAGARDE, Turnhout 1959 (Corpus Christianorum. Series Latina 72, 1–56).
- INNOCENTIUS IV, *Commentaria super libros quinque Decretalium*, Francofurti 1570 (Nachdruck Frankfurt a.M. 1968).
- RABANUS MAURUS, *Commentarii in Genesim* (PL 107,459–670).
- RAYMUNDUS DE PENIAFORT, *Summa de poenitentia et matrimonio cum glossis Ioannis de Friburgo*, Romae, 1603.
- *Sancti Gregorii Papae I Vita, ex ejus potissimum scriptis recens adornata* (PL 75,241–462).

DE SUMMO BONO VI TRACTATUS TERTIUS

Cap. 19³ De simonia in beneficio⁴ et in ordine, in quibus casibus et qualiter committatur, et quae sunt⁵ eius species

Est adhuc aliis modus illiberalis donationis et acceptationis, qui per simoniam fit. Quod vitium non solum praehabitis speciebus illiberalitatis peius est, sed, sicut dicit Paschalis papa⁶, “patet simoniacos veluti primos et praecipuos haereticos ab omnibus fidelibus respuendos”. “Omnia enim crimina ad comparationem⁷ simoniaca haeresis quasi pro nihilo reputabuntur”.

Vocatur simonia haeresis frequenter a sanctis patribus, quia *in primo suo auctore, idest in Simone mago, hoc vitium ex haeretica radice pullulavit*. *Quam haeresim Petrus⁸ ei improperavit dicens: “Quoniam donum Dei*

³ 19: 18 P₁ lac. K.

⁴ beneficio: beneficiis P₁ lac. K.

⁵ sunt: sint P₁ lac. K.

⁶ GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 7, can. 27; RICHTER-FRIEDBERG I 437–438.

⁷ comparationem: operationem R.

⁸ Act. 8,20.

existimasti pecunia possideri”. Credere enim, quod gratia Dei spiritualis sub pretio cadat, cum nihil in corporalibus dignitatem⁹ possit mensurare, et credere, quod ea, quae gratis a solo Deo dari possunt, conferantur ab hominibus sub pretii aestimatione, haeresis est, et hoc¹⁰ iste credidit¹¹. Et ideo omnes, qui eum imitantur opere, licet non animi credulitate, et fatentur quidem se nosse Deum, factis autem negant, sunt haeretici, sicut (P₁ 147vb) etiam simoniaci ab eo Simone sunt vocati.

Dicuntur autem potius simoniaci a Simone, qui voluit emere donum Dei, quam Giezitae¹² a Giezi¹³, qui vendidit donum Dei, IV Reg. 5¹⁴, *quia completior ratio peccati huius¹⁵ fuit in actu Simonis quam in facto Giezi¹⁶*. Nam ille solum vendidit donum Dei, iste vero emit opere, quantum in ipso fuit, et vendidit proposito voluntatis, quia, ut dicit Urbanus papa¹⁷, Simon magus “donum Spiritus Sancti emere voluit, ut ex venditione signorum, quae per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur”. Praeterea iste expresso pacto voluit donum Dei comparare, ille vero munus sine pacto pro curatione leprae accepit, quod minus peccatum est. Et ex hoc patet, quod haec haeresis est prima et praecipua, ut praedictum¹⁸ est. Prima, scilicet tempore, ut dicit Gregorius¹⁹, quia prae omnibus aliis prius in ecclesia pullulavit, unde in *Registro*²⁰ vocat eam haeresim neophytorum. Praecipua autem, quia prae cunctis haeresibus maiorem blasphemiam infert divinitati, quia, sicut dicit Augustinus *Super Ioannem*²¹, qui praeposituram vel aliquod²² huiusmodi spiritualium vendit vel emit, columbam et Spiritum Sanctum vendit vel emit, quantum in se est²³, quia nihil sine Spiritu Sancto est spirituale. Et sic verum est, quod dicit Tharasius episcopus²⁴ I quaest. 1²⁵: “Tolerabilior est Macedonii et eorum, qui²⁶ circa ipsum sunt, sancti Spiritus²⁷ impugnatorum impia haeresis”, scilicet quam simonia. “Illi enim creaturam et servum Dei Patris et Filii Spiritum Sanctum delirando faten-

⁹ dignitatem add. sup. lin. eius P₁.

¹⁰ hoc om. sed suppl. sup. lin. P₁.

¹¹ credidit: credit KR.

¹² Giezitae: yesite KP₁R.

¹³ Giezi: yesi KP₁R.

¹⁴ IV Reg. 5,20–24.

¹⁵ peccati huius inv. KP₁.

¹⁶ Giezi: yesi KP₁R.

¹⁷ GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 3, can. 8; RICHTER-FRIEDBERG I 414.

¹⁸ praedictum: dictum KP₁.

¹⁹ cf. GREGORIUS, *In VII Ps. poen. expos.*, Ps. 5,n.13; PL 79,610D.

²⁰ cf. GREGORIUS, *Reg. epist.* I ep. 58; NORBERG 356,44–59.

²¹ cf. AUGUSTINUS, *In Iohann. Evang. tract.* X,n.4-8; WILLEMS 102,1–105,16.

²² aliquod: aliquid P₁.

²³ est om. K sup. lin. P₁.

²⁴ episcopus: episcopo R.

²⁵ GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 1, can. 21; RICHTER-FRIEDBERG I 365.

²⁶ qui: quae P₁.

²⁷ Spiritus: scilicet KR.

tur, isti vero eundem Spiritum Sanctum suum²⁸ efficiunt servum²⁹. Omnis enim dominus, quod habet, si vult, vendit, sive servum, sive³⁰ quid aliud eorum, quae possidet. Similiter et qui emit (P₁ 148ra) dominus eius³¹ volens esse, quod emerit, per pretium³² pecuniae illud acquirit. Ita et qui hanc ini quam operationem operantur, detrahunt Spiritui³³ Sancto aequaliter peccantes his, qui dixerunt Christum in Beelzebub eicere demonia". Ex hoc patet³⁴ propositum.

Cum ergo inter crimina maximum sit peccatum infidelitatis et inter peccata infidelitatis maximum sit illud, quod simul est infidelitas³⁵ et apostasia, scilicet haeresis, *et simonia inter haereses maximum peccatum sit, patet verum esse, quod praediximus, scilicet quod omnia crimina in comparatione ad simoniam quasi pro nihilo reputantur.*

Hoc tamen sano indiget intellectu. Vera enim sunt omnia, quando est perfecta imitatio peccati Simonis, quod fuit cum infidelitate et malitia, ut patet per verba Petri³⁶ dicentis: "Non est pars neque sors in sermone³⁷ isto", loco cuius Ambrosius I libro De paenitentia ponit³⁸ sic litteram: "Non est tibi pars neque sors in fide hac" et subdit³⁹: "vides, quod hunc" "condemnat" "eo magis, quod puram conscientiam fidei non habebat". Patet ergo de infidelitate. De malitia autem dicit⁴⁰ ita: "In felle⁴¹ amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse". Cum enim a malitia sit amaritudo animi secundum illud Ier. 2⁴²: "Scito et vide, quia malum et amarum est derelinquere te Dominum Deum tuum" etc. (R 175va), nomine fellis, quo nihil est amarius, signatur⁴³ maxima malitia Simonis secundum illud⁴⁴ Deut. 32⁴⁵: "Uva eorum uva fel et botri amarissimi". Obligatio autem iniquitatis significat obstinationem in malitia. Si vero sine errore in fide aliquis committit simoniam ex cupiditate honoris vel divitiarum et non ex malitia, tunc non est hoc summum peccatorum. Sed infidelitas et peccatum in Spiritum (P₁ 148rb) Sanctum et in aliquo casu sacrilegium maiora sunt.

²⁸ suum *om.* KP₁.

²⁹ servum *add.* suum P₁.

³⁰ sive: scilicet K si R.

³¹ eius *om.* KP₁.

³² per pretium: pretium K pretium *sed corr.* per (*s. l.*) pretium P₁ perpertium R.

³³ Spiritui: Spiritu P₁.

³⁴ patet *om.* K *s. l.* P₁.

³⁵ infidelitas: infidelitatis KR.

³⁶ Act. 8,21.

³⁷ sermone: Simone KP₁.

³⁸ recte AMBROSIUS, *De paen.* II 4,n.23; FALLER 173,31–32.

³⁹ recte AMBROSIUS, *De paen.* II 4,n.23; FALLER 173,35–38.

⁴⁰ Act. 8,23.

⁴¹ in felle: infelix KR.

⁴² Ier. 2,19.

⁴³ signatur: signa K significatur P₁.

⁴⁴ illud: id P₁.

⁴⁵ Deut. 32,32.

Quia vero⁴⁶ Gregorius Nazanzenus⁴⁷ dicit: “Qui studet donum Dei pretio mercari, a communione abcidatur”, ideo ex hoc sumitur talis definitio simoniae, quod “simonia est studiosa cupiditas vel voluntas emendi vel vendendi aliquod spirituale vel annexum spirituali”. Quidam tamen dicunt, quod hoc ultimum non oportet addere, quia comprehenditur sub praecedenti eo, quod ‘annexum spirituali’ est spirituale. Alii vero contradicunt.

Et non est haec contradictionis nisi in verbis. Spirituale enim dicitur communiter et proprie. Spirituale communiter sumptum dicitur quadrupliciter, scilicet essentialiter, ut gratia et virtutes et similia, vel participative, ut ecclesiae et cimiteria et vasa ministerii altaris consecrata – haec enim participant consecrationem⁴⁸, cum spirituali benedictione fit –, vel ordinative, idest quia ordinatur ad aliquod spirituale, ut decimae et primitiae et omnia beneficia ecclesiastica⁵⁰ ordinantur ad hoc, ut ministri ecclesiae his sustentati libere valeant spiritualibus intendere, vel sicut praevium ad consequendum aliquod spirituale tertio modo dictum, sicut praesentatio, quae ratione iuris patronatus competit alicui, est via praesentato⁵¹ ad consequendum per investitiram illud beneficium, ad quod praesentatur, et hoc quidem⁵² inquantum auctoritas respectu rei spiritualis spirituale est. Inquantum vero illa⁵³ auctoritas⁵⁴ non est principalis, sed preparativa ad actum auctoritatis principalis et est extrinsecus coniunctum spirituali, cui praevium est, sic vocatur annexum spirituali. Nihilominus tamen etiam tertio modo dictum vocatur etiam annexum spirituali, sicut id, quod ad alterum adminiculando ordinatur, annexum est eidem.

Spirituale vero proprie dictum non est, nisi illud, quod essentialiter est spirituale, et hoc est duplex, quia (P₁ 148va) vel est pure spirituale, ut⁵⁵ gratia et virtutes et dona et huiusmodi, vel est essentialiter spirituale acceptum in elemento corporali, ut gratia sacramentalis, et sic praedicta tria ultima⁵⁶ non sunt spiritualia, sed annexa spiritualibus. Unde Alexander tertius dicit: “Ius patronatus esse annexum spirituali”, Extra “De iure patronatus” § “De iure”⁵⁷.

In praedicta autem definitione tria ponuntur. Primum est actus huius peccati in communi, secundum quod procedit ab actu interiori voluntatis,

⁴⁶ vero: ubi R.

⁴⁷ ap. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 1, can. 11; RICHTER-FRIEDBERG I 360.

⁴⁸ consecrationem add. quae in marg. P₁ add. quod Ioh.

⁴⁹ aliquod: aliquid R.

⁵⁰ beneficia ecclesiastica inv. KP₁.

⁵¹ praesentato: praesentatio K praesentata Ioh.

⁵² quidem add. dicitur spirituale Ioh.

⁵³ illa om. K in marg. P₁.

⁵⁴ auctoritas add. est illa KP₁*.

⁵⁵ ut add. est KP₁.

⁵⁶ tria ultima Ioh. om. KP₁R.

⁵⁷ *Decretal. Gregor. IX*, lib. III, tit. 38, cap. 16; RICHTER-FRIEDBERG II 615.

cum dicit “voluntas studiosa”, ad exeendum in opus. Nam quamvis simonia, inquantum est crimen, committatur⁵⁸ sola voluntate sine opere exteriori, quia primus auctor huius criminis voluntatem non perduxit ad actum, sed sola voluntate peccavit, sicut concupiscens mulierem moechatus est et qui odit fratrem homicida est, et simile est in aliis peccatis, et quamvis sic etiam committatur⁵⁹ ex corrupta intentione in opere licito, tamen, inquantum est crimen ecclesiasticum, idest cuius cognitio et damnatio sive punitio pertinet ad iudicium ecclesiasticum, qualiter coniuncta sunt ei infamia, irregularitas, suspensio et huiusmodi poenae, sic non committitur sola voluntate, sed tantum exteriori opere, quia “homo videt, quae parent⁶⁰, Deus autem intuetur cor” I Reg. 16⁶¹. Hoc tamen intelligendum est de illis, quae secundum se sunt simoniaca, quae iuristae vocant prohibita⁶², quia sunt simoniaca. Nam quaedam ex constitutione ecclesiae sunt simoniaca, quae vocantur simoniaca, quia sunt prohibita, ut cum quis renuntiat ecclesiae⁶³ ea condicione sive pacto, ut detur huic. *In his enim (P1 148vb) sola voluntate non peccatur nec etiam voluntate procedente ad actum simpliciter, sed si voluntas procedat ad actum secundum modum illum, secundum quem est prohibitum, idest sub condicione et pacto, tunc simonia est.* Nam si sine hoc aliquis renuntiat beneficio ea intentione, ut ille, qui dignus est, illud accipiat, nullum est peccatum. De numero etiam illorum, quae sunt simoniaca, quia prohibita, sunt vendere vicariam, castillionatum, yconomatum, advocationem et huiusmodi. Secundum est specificatio istius actus communis per actus proprios huic speciei peccati, cum dicit ‘emendi vel vendendi’, in quibus nominibus intelligitur omnis contractus non gratuitus praeter contractum permutationis beneficiorum et omne pactum et omne lucrum, sive sit proprie dictum sive non. Unde Augustinus in libro *De doctrina christiana*⁶⁴: “Totum quidquid homines habent in terra, omnia, <quorum> domini sunt, pecunia vocatur”, “quia antiqui quod habebant, in pecoribus habebant”. Et Gregorius tractatu *Evangeliorum*⁶⁵ inducens illud verbum Is. 33⁶⁶: “Qui proicit avaritiam ex calumpnia et excutit manus suas ab omni munere” dicit sic⁶⁷: Non dixit solum ‘a munere’ sed ‘ab omni munere’⁶⁸; “quia aliud est munus ab obse-

⁵⁸ committatur: comitatur KR.

⁵⁹ committatur: comitatur KR.

⁶⁰ parent: patent KP₁ praeest R.

⁶¹ I Reg. 16,7.

⁶² prohibita: prohibitae R lac. K.

⁶³ ecclesiae om. KP₁.

⁶⁴ ap. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 3, can. 6; RICHTER-FRIEDBERG I 413.

⁶⁵ cf. GREGORIUS, *Hom. in Evang.*, I 4,n.4, ÉTAIX 31,118–120; ex GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 1, can. 114; RICHTER-FRIEDBERG I 402–403.

⁶⁶ Is. 33,15.

⁶⁷ sic lac. K illeg. R.

⁶⁸ dicit ... munere om. K in marg. P₁.

quio”, idest servitus indebite impensa, “aliud a manu”, scilicet pecunia, “aliud a lingua”, scilicet favor.

Excepi autem permutationem non quasi universaliter licitam, sed secundum aliquem modum. Nam (R 175vb) *vel fit permutatio beneficiorum tantum vel possessionum sine beneficiis vel utriusque, ut, cum beneficia inaequalia in possessionibus permutantur, et ideo plus abundans petat⁶⁹ sibi adici certam summam pecuniae, ut⁷⁰ sic ad aequalitatem permutationis valeant pervenire.* Primum non⁷¹ potest fieri auctoritate *vel pactione partium sine simonia, sed episcopus si utile fore viderit, potest (P1 149ra) ex officio suo transferre personas et facere permutationem, unde etiam partes inter se de hoc conferre non debent, sed utraque vel altera potest episcopo insinuare suum desiderium et causam sive utilitatem permutationis.* Aliqui tamen dicunt, quod partes sine pacto bene possunt sibi mutuo suas voluntates intimare, sed primum tutius est. Permutatio vero possessionum per se non est inhibita, ut dicit Clemens papa tertius Extra libro III “De rerum permutatione” Ad quaestiones⁷², quia datur ibi temporale pro temporali. Tertium quoque praedictorum etiam licitum est, ut idem Clemens⁷³ dicit: “Sic tamen, quod contractus nequaquam sibi invicem misceantur”, sed contractus permutationis ecclesiarum separatim fiat a contractu possessio- num, et caveant permutantes, ne occasione spiritualium iurium, de quibus plus habet una ecclesia quam alia, plus vel minus detur alicuius⁷⁴ rei temporalis.

Tertium est indebitum obiectum huius actus, ex quo habet rationem peccati, cum dicitur ‘spirituale’ etc. Unde patet, quod ius patronatus non potest vendi sine simonia, sed debet transire cum universitate rerum, quae venduntur, quibus hoc ius annexum est, ita, quod in illo contractu nullus⁷⁵ respectus habeatur ad hoc ius, ut propter ipsum carius⁷⁶ vendatur possessio, ad quam pertinet ius patronatus.

Est tamen⁷⁷ differentia inter spiritualia, quia illa, quae pure et essentialiter sunt spiritualia, nec de iure nec de facto vendi possunt, quia non sunt in potestate hominis vel alicuius creaturae, sed a Deo infunduntur, illa vero, quae sunt essentialiter spiritualia, sed sunt accepta in corporalibus elementis, ut sunt sacramenta, vendi quidem possunt secundum corporalem usum ipsorum, sed tunc incurritur crimen simoniae, quia de illis est (P₁ 149rb) praeceptum Christi⁷⁸: “Gratis accepistis, gratis date”. Et eadem

⁶⁹ petat: petit KP₁.

⁷⁰ ut P₁ Ioh.: et KR.

⁷¹ non P₁ Ioh.: enim KR.

⁷² *Decretal. Gregor. IX*, lib. III, tit. 19, cap. 6; RICHTER-FRIEDBERG II 523.

⁷³ *Decretal. Gregor. IX*, lib. III, tit. 19, cap. 6; RICHTER-FRIEDBERG II 523.

⁷⁴ alicuius P₁ Ioh.: alicui KR.

⁷⁵ nullus in marg. P₁.

⁷⁶ carius: carnis R.

⁷⁷ tamen: autem KP₁.

⁷⁸ *Matth. 10,8.*

ratione nec alia sacramentalia ordinata ad⁷⁹ aliquem effectum spiritualem vendi debent, ut aqua benedicta vel panis benedictus et similia, per quae venialia dimittuntur. Unde nec ratione materiae potest vendi sacramentum, quia dicitur I qu. 1.⁸⁰, quod pro chrismate vel baptismo vel balsamo nihil exigendum est.

Interdum tamen sacramentum simoniace collatum in accipientem habet suum effectum. “Ut enim distinguit Nicolaus papa⁸¹, aliqui ordinantur simoniace a simoniacis”, scilicet quando simonia est ex utraque parte, idest⁸² ordinatoris et ordinati, “alii simoniace a non simoniacis”, scilicet quando simonia est tantum ex parte ordinati, qui pretium dat alicui consiliario episcopi episcopo ignorante, “alii non simoniace a simoniacis”, scilicet quando tantum est⁸³ ex parte ordinatoris⁸⁴, sive in eadem ordinatione ipse committat simoniam cum aliquo vice ordinati sibi dante pecuniam ignorante ordinato, sive ex alia causa sit simoniacus et in ista ordinatione non fiat aliqua simonia, dummodo ordinatus hoc nesciat. Quandoque etiam ex neutra⁸⁵ parte est simonia, scilicet cum utroque ignorante amicus ordinandi dat aliquid consiliario ordinatoris. In hoc enim casu et in tertio praedictorum casuum ordinatus recipit gratiam et sacramentum habet suum effectum, et similiter intelligatur in aliis sacramentis. Et emptio officii et beneficii in eisdem casibus non facit ignorantem simoniacum, dummodo eo invito et expresse⁸⁶ contradicente nec postea ratum habente per hoc, quod solvat pecuniam promissam vel reddat solutam, hoc factum sit, quia est ignorantia facti et invincibilis. Quia fecit in contrarium, quod potuit, unde sit (P₁ 149va) beneficiatus, non tenetur renuntiare beneficio.

Quae vero participative dicuntur spiritualia ratione materiae possunt emi et vendi, sed diversimode, quia, antequam materia sanctificetur, tunc universaliter omnis talis materia potest vendi et emi ad hoc, quod veniat in usum spiritualem. Sic enim Abraham emit speluncam duplcem, ut esset sui⁸⁷ locus sepulturae, Gen. 23⁸⁸, et David ab Areuna⁸⁹ aream, ut in ipsa aedificaret altare, II Reg. 24⁹⁰, et ut aedificaretur ibi templum, ut patet I⁹¹ Par. 22⁹², et Salomon emit ab Hiram materiam, de qua construxit domum

⁷⁹ ad K Ioh.: ob P₁R.

⁸⁰ cf. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 1, can. 105; RICHTER-FRIEDBERG I 399–400.

⁸¹ GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 1, can. 106; RICHTER-FRIEDBERG I 400.

⁸² idest: scilicet P₁.

⁸³ est om. P₁.

⁸⁴ ordinatoris: ordinatoris (*sic*) R.

⁸⁵ neutra: utraque R.

⁸⁶ expresse: expresso R.

⁸⁷ sui: sive R.

⁸⁸ Gen. 23,4–20.

⁸⁹ Areuna: Arenna K Areuma P₁.

⁹⁰ II Reg. 24,20–21.

⁹¹ I: in KP₁.

⁹² I Par. 22,1–2.

Domini, ut patet III Reg. 5⁹³ et 9⁹⁴ et II Par. 2⁹⁵. Et hodie licitum est, quod emantur areae ad construenda templa et cimiteria et alia omnia necessaria ad cultum Dei. Tamen Hieronymus⁹⁶ reprehendit Ephron de venditione sepulcri et dicit, quod propter hoc nomen eius, quod prius fuit Ephron, idest confirmatus et perfectus, post hanc venditionem est mu(R 176ra)tatum et vocatum est Ephran ablata vau littera, quod interpretatur infirmus et imperfectus, quia non fuit perfectae virtutis, qui potuit vendere memoriam mortuorum, quia, ut dicitur Ios. 14.⁹⁷: “Adam maximus ibi” sepultus fuit, et ita locus factus fuerat religiosus illatis illuc⁹⁸ corporibus sanctorum, scilicet Adae et Evae. Et ideo patet, quod male solvunt hanc obiectionem de venditione et⁹⁹ emptione spiritualium, qui dicunt Abraham tantum emisse locum pro futuro cimiterio sive sepulcro. Tamen secundum Hieronymum Abraham de emptione illa non reprehenditur, vel quia intendit emere locum et non loci religiositatem, propter quam Ephron carius vendidit locum (P₁ 149vb), vel quia intendit emere agrum et arbores, ut spelunca transiret cum universitate, vel quia dedit pretium ad redimendam¹⁰⁰ futuram vexationem, quam probabiliter sibi imminere timuit, si gratis accepisset.

Sed postquam sanctificata sunt, si venduntur et emuntur, non est simonia secundum se, dummodo intentio solum referatur ad temporale et non ad spirituale. Sed si est simonia, hoc est ex prohibitione ecclesiae, et ideo quae prohibita sunt vendi, non possunt vendi¹⁰¹ sine simonia, ut balsamum vel oleum chrismatis et aqua baptismi. Simplicem tamen aquam in necessitate posset quis emere sive a sacerdote sive ab alio, ut in ea baptizaretur puer vel adultus in extrema necessitate constitutus. In quibus autem concessum est, in illorum distractione non committitur simonia, ut cum calix venditur vel manens in sua forma, quando¹⁰² alicui ecclesiae venditur, vel conflatus¹⁰³, quando venditur singulari personae. Et idem iudicium est de cimiterio, quod ratione terrae vendi potest et emi, ut patet in supra habito exemplo Abrahae, et alia vasa ministerii similiter vendi possunt.

Dicunt etiam aliqui, quod in aliquibus casibus munus a manu potest dari pro spiritualibus, aliis e contra asserentibus, quod in nullo casu sit hoc

⁹³ III Reg. 5,3–6.11.

⁹⁴ III Reg. 9,10–11.

⁹⁵ II Par. 2,3–10.

⁹⁶ cf. HIERONYMUS, *Hebr. quaest. in libro Gen.* 23,16; DE LAGARDE 28,6–13; ap. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 13, qu. 2, can. 13; RICHTER-FRIEDBERG I 725.

⁹⁷ Ios. 14,15.

⁹⁸ illuc: illic KP₁.

⁹⁹ et: vel R.

¹⁰⁰ redimendam: redimendum KP₁.

¹⁰¹ vendi om. K sup. lin. P₁.

¹⁰² quando: quandoque KP₁.

¹⁰³ conflactus Ioh.: confractus P₁R consecratus K.

licitum, et non¹⁰⁴ utrumque dictum in idem redit, sed est aequivocatio in¹⁰⁵ ‘datione’¹⁰⁶, vel in hac praepositione ‘pro’, vel in nomine hoc, quod est ‘spirituale’. ‘Datio’ quidem aequivocatur, quia, per id, quod datur, non comparatur illud, quod intenditur, sed per meritum virtutis misericordiae vel liberalitatis, cuius actus in datione consistit, sicut est remissio peccatorum ad minus quantum ad poenam *Dan.* 4¹⁰⁷: “Peccata tua eleemosynis redime et iniurias tuas misericordiis pauperum”. (*P₁* 150ra) Similiter “regnum caelorum simile¹⁰⁸ est homini negotiatori”, *Matth.* 13¹⁰⁹, qui omnia sua dedit pro margarita pretiosa, idest pro praemio castitatis, quia, ut dicit Gregorius in homilia¹¹⁰, “regnum caelorum tantum valet, quantum habes”.

Similiter haec praepositio ‘pro’ non semper notat commutationem sive appretiationem, sed notat saepe subsidii utilitatem, sicut dicitur aliquid dari pro sacramento, non quod sacramentum ematur, sed quod gratis offeratur ex devotione concepta in perceptione sacramenti in subsidium eius, qui ministrat sacramentum. Sic etiam dicitur dari aliquid visitatoribus ecclesiarum pro visitatione et praedicatoribus pro praedicatione, episcopo pro ecclesiae consecratione, sacerdoti¹¹¹ pro conductione¹¹² pro celebratione, pauperibus pro oratione, ecclesiis pro facienda processione vel pro faciendo anniversario vel pro aliquo alio simili, monasteriis pro aliquarum personarum receptione, idest ad sustentandum huiusmodi personas, ut possint melius Deo in suis statibus militare, vel ut ex devotione et amicitia concepta ex beneficiis liberaliter aliquid huiusmodi spiritualium rependatur.

Aequivocatur etiam ‘spirituale’, quia non semper vocatur spirituale simpliciter, sed etiam illud, sine quo spirituale non subsistit. Unde quandoque dicitur dari aliquid pro spirituali, quod datur pro amotione impedimenti rei spiritualis sive pro redimenda vexatione. Hoc enim licet, quando redimenti acquisitum est ius et hoc certitudinaliter constat ei, aliter esset simonia. Et si datur ei, qui nullum ius habet in re spirituali, sicut si aliquis laico nullum ius habenti in electione sed malitiose impedit det aliquid, ut cesseret a tali impedimento electionis de se facienda, simonia est. Diximus autem ‘de se facienda’, quia, si simpliciter aliquis (*P₁* 150rb) impediret electionem, idest ne fieret aliqua electio, posset capitulum redimere vexationem suam. Multo fortius est simonia, si aliquis dat aliquid¹¹³ ei, qui non habet ius in electione, ut consentiat suaे electioni, ut patet *Extra* “De

¹⁰⁴ non: tamen *P₁c*.

¹⁰⁵ in *add. sed del.* dono R.

¹⁰⁶ datione: donatione KP₁.

¹⁰⁷ *Dan.* 4,24.

¹⁰⁸ simile: simili KR.

¹⁰⁹ *Matth.* 13,45.

¹¹⁰ GREGORIUS, *Hom. in Evang.*, I 5,n.2; Étaix 35,38–39.

¹¹¹ sacerdoti: sacerdote R.

¹¹² pro conductione: conducticio P₁.

¹¹³ aliquid om. K in marg. P₁.

Simonia” § “De hoc autem”¹¹⁴, vel quando datur ad sublevandum¹¹⁵ onus consequens aliquod spirituale, sicut pro matrimonio dicitur aliquid dari, vel quando in stipendum datur laboris, sicut fit in supra dictis casibus. Sed cum¹¹⁶ sacerdos pro pretio celebrat vel sepelit mortuum vel aliquid¹¹⁷ aliud huiusmodi¹¹⁸ (R 176rb) facit et tenetur ad hoc ex officio, simonia est. Et sicut dicit Alexander papa¹¹⁹: “Qui pro pecuniis aut adulationibus saecularium una die praesumunt plures facere missas, non evadunt damnationem”.

Ex his constat, quae est ratio, quod, cum¹²⁰ aliqui ordinant¹²¹ huiusmodi spiritualem beneficentiam¹²² ad liberalem gratitudinem beneficentiae in suffragiis temporalibus, non committunt simoniam, sed per modum liberalis et amicabilis recompensationis¹²³ hoc ordinant, ut, cum statuunt aliquae¹²⁴ conventuales ecclesiae, quod quicumque reliquerit conventui decem librae vel quamcumque aliam summam, ei fiat processio, quae solet fieri in exequiis defunctorum, dummodo ad hoc alias non teneantur. Si vero suo statuto excludunt¹²⁵ liberalitatem¹²⁶ capitulis¹²⁷ et trahunt¹²⁸ huiusmodi recompensationem¹²⁹ in formam pacti et emptionis, tunc est simonia, ut si dicant, quod nulli fiat processio, nisi tantum vel tantum relinquat conventui. Similiter sine ordinatione aliqua facta per statutum, si hoc faciunt, non est simonia, dummodo alias non¹³⁰ teneantur ad hoc, quia tunc esset simonia, sicut et in aliis similibus supra diximus eo, quod nihil hic venderetur nisi spirituale. Expensas enim nullas faciunt, de (P₁ 150va) labore vero remunerati sunt¹³¹ per illud, ratione cuius tenentur, et sic nihil restat ad huiusmodi, nec ratione amicitiae oportet eos provocari ad hoc, ad quod de iure tenentur, et sic nihil restat hic vendere, nisi solum id, quod spirituale est. Cum vero non tenentur, tunc possunt recipere sibi collata ratione subsidi et in premium laboris.

¹¹⁴ *Decretal. Gregor. IX*, lib. V, tit. 3, cap. 11; RICHTER-FRIEDBERG II 752.

¹¹⁵ sublevandum: sublevandus R.

¹¹⁶ cum: tamen P₁R.

¹¹⁷ aliquid: aliquod KP₁.

¹¹⁸ aliud huiusmodi inv. KP₁.

¹¹⁹ GRATIANUS, *Decretum*, p. III, dist. 1, can. 53; RICHTER-FRIEDBERG I 1308.

¹²⁰ cum om. K in marg. P₁.

¹²¹ ordinant om. KP₁.

¹²² beneficentiam add. ordinant KP₁.

¹²³ recompensationis: reprehensionis KP₁*.

¹²⁴ aliquae om. R^c.

¹²⁵ excludunt: excluderet K excluderant P₁.

¹²⁶ liberalitatem: libertatem R.

¹²⁷ capitulis: canonicas R.

¹²⁸ trahunt: trahant P₁.

¹²⁹ recompensationem: reprehensionem KP₁*.

¹³⁰ non om. R.

¹³¹ sunt om. K s. l. P₁.

Unde de similibus simile iudicium habeatur et videbitur, quae¹³² sit ratio, quod episcopus in consecratione ecclesiae et in visitatione potest accipere sumptus¹³³, cum tamen ad hoc teneatur, scilicet quia, licet in domo sua habeat sumptus, non tamen habet in quolibet alio loco, et ideo in illis locis oportet, quod sumptus ei ministrentur, ut possit implere debitum officii sui. Propter quod etiam in consecratione clericorum non licet ei aliquid accipere, quia hoc potest facere in ecclesia sua, sed in consecratione ecclesiarum potest in ratione praedicta.

Quod autem licitum sit ordinare supra dictam recompensationem spiritualium obsequiorum per collationem temporalium et quod hoc etiam debitum sit debito gratitudinis, licet non debito iustitiae ex contractu, probatur per hoc, quod Apostolus hoc ordinavit *II Cor. 8*¹³⁴. Dicit enim: “Vestra¹³⁵ abundantia illorum inopiam suppleat, ut illorum”, scilicet sanctorum pauperum in Hierusalem, “abundantia”, scilicet in spiritualibus, “vestrae¹³⁶ inopiae supplementum, ut fiat aequalitas, sicut scriptum est” *Exod. 16*¹³⁷, “Qui multum habuit¹³⁸” etc. Et licet ipse infra 9 cap.¹³⁹ vocet hoc benedictionem dicens: “Promissam benedictionem hanc praeparatam esse quasi benedictionem non quasi avaritiam” et *I Cor. 16*¹⁴⁰) vocet hoc¹⁴¹ gratiam dicens: “Quos probaveritis per epistulas, hos mittam perferre (P₁ 150vb) gratiam vestram in Hierusalem”, tamen *Ad Rom. 15*¹⁴²) vocat¹⁴³ debitum dicens: “Placuit enim eis¹⁴⁴”, scilicet collationem facere in pauperes sanctorum, “et debitores sunt¹⁴⁵ eorum”, et hoc probat, cum addit: “Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent¹⁴⁶ et in carnalibus ministrare eis¹⁴⁷”.

Sine statuto etiam possunt et debent temporalia dari egenis, ut per beneficia fiant amici et ex amicitia subveniant benefactoribus suis per sua suffragia, sicut probat Dominus per similitudinem parabolae de villico, *Luc. 16*¹⁴⁸, quam etiam sic concludit¹⁴⁹: “Et ego vobis dico: facite vobis amicos de Mammona¹⁵⁰ iniquitatis, ut cum defeceritis” etc.

¹³² quae: quem R.

¹³³ sumptus: sumptuss (*sic*) R.

¹³⁴ *II Cor. 8,14–15.*

¹³⁵ vestra *II Chor.*: nostra KP₁R.

¹³⁶ vestrae *II Chor.*: nostrae KP₁R.

¹³⁷ cf. *Exod. 16,18.*

¹³⁸ habuit *add.* non abundavit et qui modicum non minoravit KP₁.

¹³⁹ *II Cor. 9,5.*

¹⁴⁰ *I Cor. 16,3.*

¹⁴¹ hoc: hic R.

¹⁴² *Rom. 15,27.*

¹⁴³ vocat *add.* hoc *in marg.* P₁.

¹⁴⁴ eis *om.* KP₁.

¹⁴⁵ sunt: sint KR.

¹⁴⁶ debent: debet KP₁.

¹⁴⁷ debent ... eis *om.* R.

¹⁴⁸ *Luc. 16,1–8.*

Ex his patet, quare¹⁵¹ in multis casibus, si in collatione rei spiritualis *vel ante vel post aliquid obtinetur per exactionem iudicii vel extorsionem violentiae vel per pactum, simonia est nulla consuetudine obstante.* Si vero sponte offeruntur ratione consuetudinis *vel devotionis vel amoris excitati per spirituale beneficium, non est simonia.* Unde etiam dicitur II Cor. 9¹⁵²: “*Non ex tristitia aut ex necessitate*” danda est benedictio temporalium his, a quibus spiritualia sumuntur, “*hilarem enim datorem diligit Deus*”, sicut in receptione alicuius in canonicum saecularem vel ad religionem aliquis dat prandium ex devotione vel aliis pro ipso vel dat cappam sericam ex consuetudine et in consecrationibus¹⁵³ episcoporum vel benedictionibus abbatum et ordinationibus clericorum et benedictionibus nubentium aliquid ex consuetudine datur portario vel cantori et (P₁ 151ra) similibus personis vel etiam ipsi sacerdoti vel praelato¹⁵⁴ datur aliquid in intronizatione episcoporum vel in vestitura abbatum vel quarumcumque personarum ecclesiasticarum vel in danda absolutione. *Et licet haec non possint exigere¹⁵⁵ hi, quibus ex consuetudine dantur, tamen possunt monere illos, quod non peccent in transgrediendo bonam consuetudinem¹⁵⁶, et per superiorem debent cogi talem¹⁵⁷ consuetudinem observare.*

Dixi autem ‘in absolutione danda’, quia, si pro ipsa daretur, simonia esset, et¹⁵⁸ non solum hoc, sed etiam (R 176va) si sacerdos parochialis¹⁵⁹ prece vel pretio vel favore vel consanguinitate celaret episcopo publicum peccatum subditi sui vel minus digne paenitentem duceret ad reconciliationem et testimonium reconciliationis ferret vel quocumque livore digne paenitentem removeret a reconciliatione, simonia est.

Idem quod diximus in iudicio conscientiae, dicimus etiam¹⁶⁰ in iudicio causarum, quia si iudex ecclesiasticus pro reddendo iure de spiritualibus aliquid accipit¹⁶¹, simonia est. Idem dicunt quidam etiam si¹⁶² de¹⁶³ temporalibus, quia ratione ecclesiasticae iurisdictionis ad hoc tenetur. Unde dicunt, quod, si laicus aliquid accipiat, in simili casu, licet graviter peccet,

¹⁴⁹ *Luc. 16,9.*

¹⁵⁰ Mammona: Mammone KR.

¹⁵¹ quare: quod KP₁.

¹⁵² *II Cor. 9,7.*

¹⁵³ consecrationibus: consecrationem K consecratione P₁.

¹⁵⁴ praelato: praelati R.

¹⁵⁵ possint exigere: possunt egere KP₁*.

¹⁵⁶ consuetudinem *add.* non tamen ad hoc sunt artandi per subtractionem sacramentorum Ioh.

¹⁵⁷ talem: tale (?) R.

¹⁵⁸ et *add.* ideo KP₁.

¹⁵⁹ parochialis *om.* K *in marg.* P₁.

¹⁶⁰ etiam *om.* K *om.* *sed add.* et *in marg.* P₁.

¹⁶¹ aliquid accipit *inv.* KP₁.

¹⁶² si *om.* K *s. l.* P₁.

¹⁶³ de *s. l.* R.

non tamen committit simoniam, quia sua iurisdictio temporalis est et non spiritualis. Hanc opinionem credo veram esse.

Ex eadem etiam¹⁶⁴ ratione, quamvis decimae sint quaedam temporalia, tamen, quia ius decimarum spirituale est, nihil potest dari pro eius emptione vel redemptione de manu eius, qui ius habet, licet redimi possint de manu eius, qui ius non habet, quia redimitur vexatio. In hoc enim et in omnibus similibus, (P₁ 151rb) quae annexa sunt spiritualibus, bene dicit Paschalis papa¹⁶⁵: "Si quis obiecerit non consecrationem se emere, sed res, quae ex consecratione proveniunt, penitus desipere¹⁶⁶ probatur. Nam cum corporalis ecclesia aut episcopus aut abbas vel tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter vivit, quisquis eorum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, neutrum invenditum derelinquit. Nullus ergo emat ecclesiam vel praebendam vel aliquod ecclesiasticum nec pastellum nec pastum ante vel post pro huiusmodi solvat". Hoc tamen intelligendum est secundum, quod praebenda dicitur ius quoddam spirituale percipiendi proventus in ecclesia ex canonia descendens. Nam canonia est ius spirituale in choro, in capitulo et aliis, quorum est usus¹⁶⁷ communis, quod ex electione vel receptione in canonicum et in fratrem oritur vel de novo creatur, quod nullus debet habere sine praebenda. Si vero¹⁶⁸ praebenda vocentur ipsi fructus, tunc, in quantum annexi sunt officio ita, quod¹⁶⁹ qui privatur¹⁷⁰ officio, privatur et ipsis¹⁷¹, non possunt vendi sine simonia; simpliciter autem et per se, et non ut annexum spirituali sed ut res temporalis, emi et vendi potest, ut dicit Alexander tertius *Extra* "Ne praelati vices scilicet" § ultimo¹⁷², quia sic non habet locum supra dicta ratio, quia sic ista¹⁷³ connexionem non habent, sed unum provenit sine alio, et sic etiam intelligatur in aliis, quae spiritualibus sunt annexa.

Omnia, quae diximus posse dari ratione amoris vel devotionis vel consuetudinis, diximus *in foro conscientiae, ubi intentio attenditur*. In foro enim causarum *praesumptio haberetur de simonia in multis casibus, quae praesumptio ex multis sumitur*, scilicet ex qualitate dantis et accipientis, scilicet si pauper det diviti vel e converso vel dives diviti¹⁷⁴, et ex quantitate muneric¹⁷⁵ (P₁ 151va) et ex tempore donationis, scilicet an dederit¹⁷⁶

¹⁶⁴ etiam *om.* KP₁.

¹⁶⁵ GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu.3 , can. 7; RICHTER-FRIEDBERG I 413.

¹⁶⁶ desipere: decipere KP₁.

¹⁶⁷ est usus *inv.* KP₁.

¹⁶⁸ vero: autem KP₁.

¹⁶⁹ quod *om.* K s. l. P₁.

¹⁷⁰ privatur: privat R.

¹⁷¹ ipsis: ipso R.

¹⁷² forsan *Decretal. Gregor. IX*, lib. V, tit. 4, cap. 4; RICHTER-FRIEDBERG II 768; cf. etiam *Decretal. Gregor. IX*, lib. V, tit. 3, cap. 15; RICHTER-FRIEDBERG II 753.

¹⁷³ ista *om.* K *in marg.* P₁.

¹⁷⁴ vel e ... diviti *om.* K *in marg.* P₁.

¹⁷⁵ muneric: munerum P₁.

tempore instantis necessitatis vel ante consecutionem rei spiritualis vel parum post.

Et licet non liceat emere ecclesiam vel praebendam, ut supra dicta testatur auctoritas, tamen ad recipiendum aliquem ad aliquam confraternitatem et ad ecclesiam saecularem vel monasterium religiosorum possunt temporalia dari, dummodo hoc dictum sane intelligatur. Nam si confraternitas aliqua instituta est propter causam honestam, scilicet pro alendis pauperibus vel redimendis captivis, et ita constituta sit, quod quicumque recipitur, det talem vel talem summam pecuniae, vel si statutum est, quod semel vel bis in anno convenienter pro devotione¹⁷⁷ vel eleemosynarum largitione et posita sit ad hoc singulis annis certa quantitas pecuniae a¹⁷⁸ confratribus persolvenda, dari et recipi possunt haec¹⁷⁹ sine vitio simoniae. Quidam insuper dicunt, quod etiam negative potest poni huiusmodi statutum, scilicet quod nullus recipiatur, nisi det tantum vel tantum. *Sed primum tutius est, quia negativum statutum excluderet pietatem.*

De ecclesiis vero saecularibus sciendum est, quod, “*si aliquis clericus*”, *ut dicit Innocentius tertius*¹⁸⁰, “*cum condicione vel pacto largiatur bona sua, ut illa retineat pro praebenda et in canonicum admittatur*”, simonia est, quia canonia est aliquid¹⁸¹ spirituale et in spiritualibus pactio vel conventio simonia est. “*Si vero sine pacto et condicione*” et pura intentione devotionis “*offerat*¹⁸² rogans, *ut in canonicum admittatur, et bona oblata liceat sibi habere pro praebenda et clerici eiusdem ecclesiae pura intentione consentiant, non est simonia*”. Ideo autem (P₁ 151vb) addidi ‘de puritate intentionis’ ex utraque parte, quia “*si is*¹⁸³, *qui talem donationem facit, ducatur tali intentione*” principaliter, “*ut per illa, scilicet temporalia, possit spiritualia adipisci, et clerici non essent eum aliter admissuri*”, ex utraque parte est simonia mentalis. Dixi autem ‘principaliter’, quia, si secundaria¹⁸⁴ intentio in collatione spiritualium habetur ad temporalia, hoc non inducit simoniam, et in proposito vix posset esse, quin intentio secundario¹⁸⁵ feratur ad spirituale. Quare autem secundaria¹⁸⁶ intentio non faciat¹⁸⁷ simoniam, ratio est, quia, ut dicit (R 176vb) Philosophus¹⁸⁸, minimum bonum

¹⁷⁶ dederit add. in KP₁.

¹⁷⁷ devotione: detione (*sic*) P₁.

¹⁷⁸ a: et KP₁.

¹⁷⁹ haec: hic KP₁.

¹⁸⁰ *Decretal. Gregor. IX*, lib. V, tit. 3, cap. 34; RICHTER-FRIEDBERG II 763.

¹⁸¹ aliquid: aliquid KP₁.

¹⁸² offerat om. K in marg. P₁.

¹⁸³ si is om. K in marg. P₁.

¹⁸⁴ secundaria: secundario P₁.

¹⁸⁵ secundario: secundaria P₁.

¹⁸⁶ secundaria: secundario R.

¹⁸⁷ faciat: facit KP₁.

¹⁸⁸ cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.* I 3, 1097b17–20.

additum maximo facit ipsum eligilius, et constat, quod ad illud secundaria intentio refertur¹⁸⁹, quod alterum facit magis eligi.

De monasteriis quoque, quae¹⁹⁰ abundant, idem dicemus¹⁹¹. Si vero monasterium est tanta paupertate depresso, quod redditus ipsius vix vel non sufficiunt personis praesentibus, non solum possunt habere intentionem accipiendi temporalia a recipiendo, sed etiam gratis exhibitis¹⁹² spiritualibus requirere temporalia, quae sufficient illius¹⁹³ sustentationi, et possunt exprimere determinatam quantitatem¹⁹⁴ et pacisci de hoc, quod illa summa detur, dummodo habeat, unde valeat sustentari, quia Act. 4¹⁹⁵ dicitur: “Quotquot erant possessores agrorum aut domorum, vendentes afferebant pretia eorum, quae vendebant, et ponebant ante pedes apostolorum”, et, ut dicitur Act. 5¹⁹⁶, Petrus morte punivit illos, qui partem debiti pretii subtraxerunt, scilicet Ananiam et Saffiram. Hoc idem etiam (P₁ 152ra) ordinavit Apostolus I¹⁹⁷ Tim. 5, cum dicit¹⁹⁸: “Viduas honora”, Glossa¹⁹⁹: “Sumptibus ecclesiae sustentando et solatiis fovendo”, de quo honore loquitur primum praeceptum secundae tabulae, scilicet honora patrem et matrem, “quae vere²⁰⁰ viduae sunt”, Glossa²⁰¹, idest²⁰², “sicut a viro, ita a mundi amore destitutae²⁰³”. Immo Apostolus addit, quod sit desolata ita, quod nec a sua domo nec a domo parentum possit habere sustentationem, quando dicit²⁰⁴: “Quae autem vere²⁰⁵ vidua est” etc., Glossa²⁰⁶: haec²⁰⁷ est definitio vere viduae, quod vere²⁰⁸ vidua est, quae “desolata est, idest non habens domum” nec subsidium parentum, et “sperat in Deum”, scilicet quod querenti regnum Dei omnia adicientur, et “instat obsecrationibus nocte ac²⁰⁹ die”. Haec ergo gratis est recipienda, dummodo suppetant sumptus ecclesiae et non alias, quia nullus tenetur ad impossibile. Si autem

¹⁸⁹ refertur: infertur KP₁.

¹⁹⁰ quae: quere (?) P₁.

¹⁹¹ dicemus: dicimus P₁.

¹⁹² exhibitis: ex habitis KP₁*

¹⁹³ illius Ioh.: eorum KP₁R.

¹⁹⁴ determinatam quantitatem P₁ (P₁^c illeg.) Ioh.: determinata quantitate KR.

¹⁹⁵ Act. 4,34–35.

¹⁹⁶ Act. 5,3–10.

¹⁹⁷ I: contra R.

¹⁹⁸ I Tim. 5,3.

¹⁹⁹ Glossa interl. in I Tim. 5,3; ARGENTINAE 1480–81 410.

²⁰⁰ vere: vero K ubi est R.

²⁰¹ Glossa interl. in I Tim. 5,3; ARGENTINAE 1480–81 410.

²⁰² idest s. l. P₁.

²⁰³ destitutae: discitate (*sic*) P₁.

²⁰⁴ I Tim. 5,5.

²⁰⁵ vere: vera KP₁.

²⁰⁶ cf. Glossa interl. in I Tim. 5,5; ARGENTINAE 1480–81 410.

²⁰⁷ haec: hic R.

²⁰⁸ vere: vera KP₁.

²⁰⁹ ac: et KP₁.

habet domum, quid tunc faciendum sit, praemittit²¹⁰ dicens: “Si qua autem vidua filios” etc., *Glossa*²¹¹: viduam filios vel nepotes habentem non facile admittendam ad stipendia ecclesiae docuit, quia, si pie et sollicite domum suam gubernavit, iustum est et necesse, ut sui propinqui ei necessaria ministrent. Si vero non habet domum, sed tamen est filia familias, quid tunc sit faciendum, subdit²¹²: “Si quis vero fidelis habet viduas”, *Glossa*²¹³: “Iuvenes” in domo sua, “subministret illis” etc. Insuper dicit Prosper in *Libro de vita contemplativa*²¹⁴: “Pastor ecclesiae his, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, cum quidem nihil aliud sit habentibus dare quam perdere”. Cum ergo, ut ex praedictis patet, recipere huiusmodi (P₁ 152rb) ad sumptus ecclesiae sit illicitum, recipere eos ad sumptus suos est debitum ita, quod, qui secus fecerit, ecclesiae vel monasterio iniuriam facit.

Nec obstat huic, quod supra probavimus etiam temporalia annexa spiritualibus²¹⁵ vendi non²¹⁶ posse, quia hic²¹⁷ nec spirituale nec temporale impenditur, sed persona ad spiritualia cum sustentatione de suo recipitur. Unde multi volentes evadere Scyllam inciderunt in Charybdim, quia, dum volunt vitare²¹⁸ simoniam et sustentationem ingredientium monasteria dicunt committendam esse saecularium hominum arbitrio, defraudant monasteria et ipsis saecularibus dant opportunitatem spoliandi monasteria rebus suis sibi debitibus. Nec etiam obstat prohibitio Innocentii tertii²¹⁹, qui dicit: “Quoniam simoniaca labes adeo plerasque moniales infecit, ut vix aliquas sine pretio recipiant in sorores paupertatis praetextu, volentes huiusmodi vitium palliare, ne id de cetero fiat, penitus prohibemus”. Hoc enim intelligitur, cum hoc dicebant in fraudem, ut patet ex hoc, quod dicit ‘paupertatis praetextu’. Unde beatus Gregorius²²⁰ statuit de clericis, qui propter excessus suos in pauperrimis monasteriis detruduntur, [quod] ut res eorum eos sequantur, ut ipsi ex rebus eorum subsidium habeant, qui de correctione eorum sollicitudinem gerunt, vel, si res debeat cedere parentibus ipsorum vel ecclesiis eorundem, ad usum tamen suum accipient, unde ad paenitentiam subsistant, ne, si nudentur, sint onerosi locis, in quibus dati fuerunt²²¹.

Cum ergo secundum hoc statutum Gregorii, etiam cum parentes debent succedere in rebus eorum, qui intrant monasteria, tamen eos debent sequi

²¹⁰ *I Tim.* 5,4.

²¹¹ *non inveni.*

²¹² *I Tim.* 5,16.

²¹³ *Glossa interl. in I Tim.* 5,16; ARGENTINAE 1480–81 410.

²¹⁴ ap. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu.2, can. 7; RICHTER-FRIEDBERG I 409.

²¹⁵ spiritualibus: spiritualia R.

²¹⁶ *non om.* KP₁*R.

²¹⁷ *hic coni.:* hoc K hac P₁ haec (?) R.

²¹⁸ *vitare:* evitare KP₁.

²¹⁹ *Decretal. Gregor.* IX, lib. V, tit. 3, cap. 40; RICHTER-FRIEDBERG II 765.

²²⁰ *S. Gregorii Papae I vita* II 5,5; PL 75,306C.

²²¹ *fuerunt:* fuerint R.

(P₁ 152va) necessaria usui eorum, multo fortius hoc debet fieri, cum illi intrant, quibus etiam secundum leges saeculares ex integro competit hereditaria²²² successio, sicut sunt illi, qui pro devotione sua vel suorum parentum in monasteriis collocantur. *Et licet credam per consuetudinem huic iuri esse derogatum ita, quod parentes filiis vel filiabus suis locandis in monasteriis non teneantur ex integro dare suam partem hereditatis* (R 177ra), tamen tenetur monasterio dare tantum, quod non oneretur ex praesentia illarum personarum, aliter non credo eos esse in statu salutis, quia dicit Prosper in Libro de vita contemplativa²²³: “Non est meum dicere, quale peccatum cibos pauperum praesumendo suscipiant, qui²²⁴ ecclesiam, quam iuvare de propriis facultatibus debuerunt, suis expensis insuper gravant²²⁵”.

Eodem etiam modo concedit Hieronymus²²⁶, quod prophetis licuit accipere aliqua ab his, quibus prophetizabant, in sumptus suos et ut “stipes tabernaculi” non ut “munera prophetiae”. Solvit enim diversimode super illud Mich. 3²²⁷: “Prophetae eius in pecunia divinabant”, illud, quod dicit Saul I Reg. 9²²⁸: “Quid feramus ad virum Dei?” et infra²²⁹: “Rursum puer respondit Sauli et ait: Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris argenti; demus homini Dei, ut indicet nobis viam nostram”, et illud III Reg. 14²³⁰, quod uxor Ieroboam volens consulere Ahiam²³¹ prophetam tulit secum “decem panes et crustulam et vas mellis”. Haec enim videntur esse contra praedictum verbum Micheae. Uno modo solvit²³² hoc, quod, licet ista attulerint²³³, non tamen dicit scriptura, quod quasi prophetis obtulerint. Alio modo solvit²³⁴, quod, etiam si huiusmodi obtulerint²³⁵, hoc fuit ideo, quia “hi, qui ad ariolos con(P₁ 152vb)sueverant”, ex “mala consuetudine” “voluerunt sanctis viris offerre, quod divinis offerre consuoverant”. Sed prophetae huiusmodi non receperunt, unde, ut dicitur IV Reg. 8²³⁶, quod Benadad²³⁷, rex Syriae, misit munera Elisaeo, quae tamen eum

²²² hereditaria: hereditario R.

²²³ ap. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 2, can. 8; RICHTER-FRIEDBERG I 410.

²²⁴ qui: quae R.

²²⁵ gravant: gravat KR.

²²⁶ cf. HIERONYMUS, *Commentarii in Micheam prophetam* I 3,n.9-12; ADRIAEN 464,258-259.

²²⁷ Mich. 3,11.

²²⁸ I Reg. 9,7.

²²⁹ I Reg. 9,8.

²³⁰ III Reg. 14,3.

²³¹ Ahiam: Abyam KP₁R.

²³² cf. HIERONYMUS, *Commentarii in Micheam prophetam* I 3,n.9-12; ADRIAEN 464,255-256.

²³³ attulerint: attulerunt KP₁.

²³⁴ cf. HIERONYMUS, *Commentarii in Micheam prophetam* I 3,n.9-12; ADRIAEN 464,269-272.

²³⁵ obtulerint: obtulerunt KP₁.

²³⁶ IV Reg. 8,7-8.

non recepisse²³⁸ probatur per hoc, quod a Naaman²³⁹ recipere recusavit, ut patet IV Reg. 5²⁴⁰. Tertio modo solvit²⁴¹, quod, etiam si illi obtulerunt et prophetae acceperunt, non fuerunt²⁴² “munera prophetiae”, sed, ut diximus, fuerunt sumptus prophetarum et “stipes tabernaculi”, et hoc²⁴³ probat ex parvitate oblatorum. Nam Hieronymus²⁴⁴ staterem vocat siculum, qui viginti obolos habet, ut dicitur Lev. 27²⁴⁵ et Num. 3 et 18²⁴⁶, unde quarta pars stateris sunt quinque oboli, et tantum obtulit Saul uxor. Etiam Iero-boam²⁴⁷ obtulit tantum modicum esculenti.

Haec, quae dicta sunt de personis principalibus, *Synodus Calcedonensis*²⁴⁸ extendit ad procuratorem et defensorem ecclesiae et ad quemlibet regulae subiectum, si per pecuniam ordinantur²⁴⁹, et ad omnes mediatores. Et, sicut dicit Urbanus papa²⁵⁰, “nomine procuratoris intelligitur quilibet administrator rerum ecclesiasticarum, ut praepositus sive yconomus”, “quia”, ut dicit Iohannes in Apparatu²⁵¹, haec “sunt diversa nomina, sed idem significant, sicut primas et patriarcha” “et vicedominus”, qui praeest rebus episcopi, sicut yconomus praeest rebus canonicorum. “Nomine vero defensoris intelligitur advocatus”, sive syndicus, idest qui praeest causis ecclesiae sive advocatus universitatis, “et gastaldus”, sive maior dominus, scilicet qui habet curam rerum exteriorum episcopi, “et iudex” episcopi. “In subiecto vero regulae (P₁ 153ra) intelligitur archipresbyter, archidiaconus, canonicus, monachus et quilibet ecclesiastico mancipatus²⁵² officio”. Et in his quidem omnibus quidam dicunt semper committi simoniam, si emantur, et est hoc, ut dicunt, simoniacum, quia prohibitum²⁵³. Sed, cum²⁵⁴ consuetudo generalis eis obsistat, quae saepe facit licitum, quod alias esset illicium, potius, credo, quod tunc tantum est simonia in emptione dignitatis vel

²³⁷ Benadab: Benedab KP₁R.

²³⁸ recepisse: recipisse R.

²³⁹ a Naaman: Ananyam KP₁*.

²⁴⁰ IV Reg. 5,15–16.

²⁴¹ cf. HIERONYMUS, *Commentarii in Micheam prophetam* I 3,n.9-12; ADRIAEN 464,258–259.

²⁴² non fuerunt iter. R.

²⁴³ hoc: hac P₁.

²⁴⁴ cf. HIERONYMUS, *Commentarii in Micheam prophetam* I 3,n.9-12; ADRIAEN 464,259–260.

²⁴⁵ Lev. 27,25.

²⁴⁶ Num. 3,47 et 18,16.

²⁴⁷ Ieroboam: Ierobam R.

²⁴⁸ GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 1, can. 8; RICHTER-FRIEDBERG I 360; cf. *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 3, can. 8; RICHTER-FRIEDBERG I 414.

²⁴⁹ ordinantur: ordinentur R.

²⁵⁰ GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 3, can. 8; RICHTER-FRIEDBERG I 414.

²⁵¹ IOHANNES TEUTONICUS, *Glossa in Decretum Gratiani* p. II, causa 1, qu. 3, can. 8; PARISIIS 1601, 724.

²⁵² mancipatus: mancipato P₁.

²⁵³ prohibitum add. est R.

²⁵⁴ cum: tamen P₁.

administrationis, si habeat aliquod spirituale sibi annexum. Quod ideo dico, quia tria praedictorum, scilicet advocatus, gastaldus, iudex, potest esse laicus, et tunc nihil spiritualitatis habet annexum²⁵⁵. De mediatoribus vero dicit Concilium Calcedonense²⁵⁶: “Si quis mediator tam turpibus datis vel acceptis exstiterit, si quidem clericus fuerit, a proprio gradu decidat, si vero laicus, anathematizatur”. Interdum tamen ex hoc nullum vitium contrahit²⁵⁷ sic promotus, scilicet si fiat potius contra eum quam pro ipso, ut si inimicus²⁵⁸ fraudulenter daret pecuniam pro electione mea²⁵⁹, ut postea cassaretur electio, et ego remanerem²⁶⁰ infamis, vel si fieret contra voluntatem et prohibitionem meam, ut supra diximus. In his enim casibus non tenetur renuntiare beneficio.

Et quia, ut praediximus, nomen emptionis adeo late sumitur in descriptione simoniae, ideo sub ipso comprehenditur redemptio et promissio et transactio et omnis pactio et datio vel redemptio, et²⁶¹, sicut spiritualia non debent²⁶² vendi, ita nec redimi ab illo, qui habet ius percipiendi, nec aliquo dato vel retento vel promisso possideri (P₁ 153rb) vel resignari. Dare enim intelligitur, qui remittit, quod sibi debetur, nec debet super eis transigi.

Unde ante electionem vel ordinationem alicuius non possunt²⁶³ electores petere ab eligendo cautionem, id est nudam promissionem sine iuramento et pignore et fideiussione, etiam si illa cautio habeatur ex iure vel consuetudine. Sed nec potest promittere ante electionem iuraturum post electionem, quia praesumitur ista²⁶⁴ facere ad hoc, ut eligatur, sed post electionem etiam²⁶⁵ ante consecrationem (R 177rb). Et credo, quod etiam ante confirmationem possunt huiusmodi cautionem requirere ab electo, quia tunc nihil sperat ab eis, et non solum capitulum vel praelatus potest hoc petere sed etiam rex, dummodo hoc ex praecedenti pactione non fiat.

A superiore²⁶⁶ vero et ante et post electionem potest peti quaelibet honesta cautio, non tamen nuda promissio, quia auctoritas superioris vitium tollit propter debitum oboedientiae in honestis.

Eadem ratione etiam simonia est, si, quando aliqui assumendi sunt in canonicos, canonici aliqui inter se paciscantur²⁶⁷, quod iste recipiet nepotem

²⁵⁵ quod ideo ... annexum om. R.

²⁵⁶ GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu.1, can. 8; RICHTER-FRIEDBERG I 360.

²⁵⁷ contrahit: extrahit KP₁*.

²⁵⁸ inimicus add. meus in marg. P₁.

²⁵⁹ mea om. R.

²⁶⁰ remanerem: remaneret R.

²⁶¹ et: quia P₁.

²⁶² debent: debet R.

²⁶³ possunt om. K in marg. P₁.

²⁶⁴ ista iter. R.

²⁶⁵ etiam illeg. R.

²⁶⁶ superiore: superiori KP₁.

²⁶⁷ paciscantur: pasciscuntur R.

alterius, si e converso alter recipiat suum nepotem; et multo fortius simonia est, si negative aliquis dicat: numquam fiet canonicus in hac ecclesia, nise ille, pro quo rogavi, prius vel cum aliis fiat.

Si tamen consuetudo alicuius ecclesiae hoc habet, quod, cum petitio unius canonici pro alicuius receptione exaudita²⁶⁸ est, petitio etiam alterius postea exaudiatur pro alio, et allegando hoc ius petat pro aliquo ille, cui hoc ius competit, non est simonia, nisi in casu, in quo munus a²⁶⁹ lingua (P₁ 153va) facit simoniam, ut infra dicemus, quia, ut dicit Gregorius septimus²⁷⁰, nihil est “personae honorabilius exhibendum, unde alii scrupoloso corde moveantur, sed sint omnia communia”.

Ita tam capitulum quam superior post electionem potest ex causa inventire novas cautiones et promissiones, dummodo sint iustae et utiles, et eas exigere ante consecrationem, vel etiam vacante beneficio possunt aliquid statuere, et electus tenebitur illud statutum servare.

Similiter si illud, quod sonat per modum condicionis, non sit condicio vera, sed potius admonitio²⁷¹ ad id, ad quod quis de iure et ex statuto tenetur, non est simonia, ut si aliqui religiosi promittant alicui receptionem ad ordinem suum, si didicerit tale vel tale artificium, si est laicus, vel si tot annis studuerit in tali scientia, si est clericus. Hoc enim est tantum dictum²⁷²: “Recipiemus te²⁷³, si vel quando fueris ad hoc idoneus”.

Sic etiam est simonia, si praelatus ex donatione alicuius beneficii consequitur, ut ipse proventus eiusdem beneficii percipiat in toto vel in parte, quos ante illam donationem non percepit, quia aliquo²⁷⁴ retento contulit spirituale. Sed, etsi ante donationem percepit illos proventus et conveniat cum illo, cui vult illud beneficium conferre, ut beneficio eidem concesso praelatus percipiat²⁷⁵ proventus, iterum simonia est ratione pacti sive conventionis. Secus autem est, si ipse ante donationem percepit illos proventus et ex causa iusta et necessaria constituat ante donationem, ut ipse retineat illos²⁷⁶ proventus ad tempus, cuicumque illud beneficium conferatur: (P₁ 153vb) hoc enim sine simonia potest fieri, quia, ut diximus²⁷⁷, superior vel capitulum possunt vacante beneficio huiusmodi statuere, etiam electus tenetur observare.

Praeterea si quis ad hoc, ut ab aliquo praesentetur ad ordines, promittit ei, quod in ecclesia sua non petat aliquam portionem, et sic promovetur, simonia est, quia pactum fecit cum mediatore ordinis suscipiendo, unde

²⁶⁸ exaudita: audita R.

²⁶⁹ a: et KP₁*

²⁷⁰ GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 16, qu. 7, can. 1; RICHTER-FRIEDBERG I 800.

²⁷¹ potius admonitio *inv.* KP₁.

²⁷² dictum: dictu R.

²⁷³ te *om.* KP₁.

²⁷⁴ aliquo: aliquid KR.

²⁷⁵ percipiat *om.* K *in marg.* P₁.

²⁷⁶ retineat illos *om.* K *in marg.* (?) P₁.

²⁷⁷ diximus: praediximus P₁.

ordinator a collatione ordinum et praesentator ab exsecutione per triennium sunt suspensi. Ordinatus etiam, "nisi" per papam "cum eo fuerit dispensatum, nec ad superiores ordines²⁷⁸ ascendere nec in suscepto debet ordine ministrare", ut dicit Innocentius tertius²⁷⁹.

Munus autem a lingua triplex est. Unum est laus famae popularis, quod ideo addo, quia, si sit laus spiritualis, per quam qui gloriatur, in Domino gloriatur, illa non appetitur vitiose. De populari vero laude dicit Gregorius²⁸⁰, quod, qui propter humanam gratiam vel favorem ordinant aliquos, "de impenso officio sanctitatis nummum accipiunt favoris", et ideo patet hoc esse simoniacum²⁸¹.

Secundum est preces carnales, sive eius, qui promovetur ad ordinem vel beneficium, sive alterius pro ipso²⁸², preces autem carnales, quas aliquis porrigit pro se ipso voto, illas preces, quas facit pro se, cum scit se indignum ordine vel beneficio. Tunc enim non movetur intentione spirituali sed utilitate et commodo carnali. Unde si praesumit se esse dignum, credo, quod potest petere pro se non solum simplex beneficium, ut quidam dicunt, sed etiam dignitatem vel aliud beneficium habens curam animarum, et hoc sive indigeat, sive de suo patrimonio satis habeat, *quia nemo cogitur propriis stipendiis militare. Si tamen (P₁ 154ra) dignitatem vel curam (R 177va) animarum pro se petat ex tanta praesumptione, quae eum tali beneficio reddit indignum, simonia est, quia sunt preces pro indigno*²⁸³.

Preces autem pro isto ab aliis correctas dicimus esse carnales, quae²⁸⁴ veniunt ex carnali coniunctione vel affectione, et si illae fiant pro indigno, simonia est, quia preces succedunt loco praetii eo, quod, sicut praediximus, nomen venditionis largissime sumitur. Si vero sint²⁸⁵ pro digno et elector vel ordinator non habeat principalem respectum nisi ad Deum et merita personae, licet forte secundaria intentio eius referatur ad preces, non est simonia. Si vero principalem respectum habeat ad preces, quamvis non apud homines, tamen apud Deum esset simonia.

Tertium est preces armatae sive violentiae, idest cum quibus infertur alicui timor cadens in constantem virum, ut cum aliquis potens potenter petit pro aliquo. Si enim principalis respectus sit ad illas preces, idest ut evadatur illud malum personae vel famae vel rerum, quod timetur, probabiliter simonia est, quia, cum carere malo sit quoddam bonum, ut dicitur in

²⁷⁸ ordines om. P₁.

²⁷⁹ *Decretal. Gregor. IX*, lib. V, tit. 3, cap. 37; RICHTER-FRIEDBERG II 765.

²⁸⁰ cf. GREGORIUS, *Hom. in Evang. I 4*, n.4; ÉTAIX 31,115-116; ap. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1. qu. 1, can. 114; RICHTER-FRIEDBERG I 402.

²⁸¹ simoniacum: simoniam KP₁.

²⁸² ipso: ipsa P₁.

²⁸³ preces ... indigno: pro indigno preces KP₁.

²⁸⁴ quae: quia K qui R.

²⁸⁵ sint: sit KR.

V *Ethicorum*²⁸⁶, talis non dat gratis spirituale. Secundarius autem respectus ad hoc non inducit crimen.

Quamvis autem hypocritae, qui faciunt opus misericordiae et orationes et ieiunia, ut honorificantur ab hominibus, receperint mercedem suam, scilicet nummum favoris et laudis pro operibus spiritualibus, *Matth.* 5²⁸⁷ et 6²⁸⁸ 289, et qui comedunt domos viduarum orantes longas orationes, *Matth.* 23²⁹⁰, non tamen sunt simoniaci, quia non est ibi aliquis contractus nec temporale datur pro spirituali, si li ‘pro’ dicit appretiationem, sed potius homines provocati ad devotionem per speciem sanctitatis extrema²⁹¹ liberalitate (*P₁* 154rb) devotionis impendunt eis honorem laudum²⁹² vel etiam subsidii temporalis.

Munus autem ab obsequio, quod est in servitiis indebitum impensum, est duplex, scilicet vel quod secundum se est indebitum, idest illicitum et in honestum, vel quod ex intentione impendentis²⁹³ servitium sit indebitum. Quodlibet enim²⁹⁴ obsequium indebitum impenditur, quod pro aliquo spirituali impenditur ita, quod li ‘pro’ dicat causam principaliter moventem ad hoc. Unde in utroque casu est simonia.

Si vero sit obsequium honestum, vel est corporale vel spirituale. Si est corporale, ut si quis vadat Romam pro negotiis alicuius ecclesiae vel alio honesto servitio serviat ecclesiae vel episcopo vel alii praelato, potest pro tali obsequio dari spirituale, dummodo fiat sine pacto et etiam li ‘pro’ non dicat movens principale sed secundarium, quod quidam vocant excitativum, quia excitat affectum dantis aliquod spirituale ad amorem obsequentis, ut post hoc ex liberalitate amoris conferat illud spirituale respiciens tamen principaliter Deum et merita personae, quae per talia obsequia et alia bona opera conquisivit.

Si vero sit spirituale, tunc ex pacto vel condicione non pro aliquo spirituali ipsum impendere debet, sicut, supra diximus, si²⁹⁵ vacante beneficio per statutum aliquod spirituale obsequium est impositum ipsi beneficio, ille, qui recipit beneficium, tenetur impendere illud obsequium, sicut Extra “De praebendis” cap. “Significatum”²⁹⁶ Alexander tertius confirmat statutum de missa de beata virgine celebranda ab eo, cui quaedam praebenda fuit collata.

²⁸⁶ cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.* V 2, 1129b8–9.

²⁸⁷ cf. *Matth.* 5,46.

²⁸⁸ cf. *Matth.* 6,2–3 et 6,5 et 6,16.

²⁸⁹ crimen ... 6 *illeg.* *P₁*.

²⁹⁰ recte *Marc.* 12,40 et *Luc.* 20,47.

²⁹¹ extrema: ex mera *P₁*.

²⁹² laudum *illeg.* *P₁*.

²⁹³ impendentis: impendens R.

²⁹⁴ enim *add.* servitium R* secundum R^c.

²⁹⁵ si: scilicet KP₁.

²⁹⁶ *Decretal. Gregor.* IX, lib. III, tit. 5, cap. 11; RICHTER-FRIEDBERG II 467–468.

Quidam praedictos casus simoniae cum aliorum additione, qui²⁹⁷ tamen in istis continentur, his²⁹⁸ versibus²⁹⁹ comprehendunt³⁰⁰ (P₁ 154va): Munus³⁰¹, lingua, timor, caro cum fama populari non faciunt gratis spirituale dari; vel sic: Lausque parentela, violenta rogatio, dona, obsequium vile vendunt ius spirituale. Utrosque enim versos expedit habere, quia secundo positi exponunt primos et insuper non sunt sufficietes sine se invicem. Primi enim ponunt munus a lingua et etiam famam popularem sive laudem, quorum alterum tantum ponitur in secundo versu³⁰². Secundi vero ponunt munus ab obsequio, quod in primis non habetur.

Qualiter autem omnia haec membra sub tribus praedictis³⁰³ membris comprehendendantur, patet ex dictis, praeter solam carnem sive parentelam, idest quando datur aliquod spirituale (R 177vb) intuitu consanguinitatis, sed hoc reducitur ad munus a manu. Nam si conferens spirituale tantum secundarium respectum habeat ad consanguinitatem et principalem ad merita personae, non esset simonia. Sed si ratione consanguinitatis in collatione alicuius spiritualis praeferret eum dignioribus, esset acceptio personae, quae, ut dicit Augustinus³⁰⁴ super illud *Iac. 2*³⁰⁵: “Fratres³⁰⁶ nolite in personarum acceptance” etc., in quibus³⁰⁷ reverentiis tolerabilis sit, tamen in dignitatibus ecclesiasticis intolerabilis est et non levis culpa, praecipue si indignus praefertur digno secundum illud *Mich. 3*³⁰⁸: “Qui aedificatis Sion in sanguinibus”. Si vero principale movens sit consanguinitas, hoc est duplex, quia vel movet amor carnalis, ex quo vult tali personae providere, vel movet eum utilitas ex illa provisione retransiens in ipsum, *scilicet quod ipse conferens per hoc [quod³⁰⁹] (P₁ 154vb) magnificatur vel fit potentior, vel quod domus eius exaltetur, vel aliquod simile*. In primo casu non est simonia, quia nihil accipit conferens spirituale, est tamen alias grave et enorme delictum. *In secundo casu est simonia ex hoc, quod conferens spirituale accipit utilitatem temporalem*. Hoc autem supra diximus esse munus a manu. Ergo patet propositum³¹⁰.

²⁹⁷ qui: quae R.

²⁹⁸ his *om.* KP₁.

²⁹⁹ ap. ALBERTUS, *Sent.* IV 25 5; BORGNET 91b.

³⁰⁰ comprehendunt: comprehendendum est K comprehendit est R.

³⁰¹ munus: nummus P₁.

³⁰² secundo versu: secundis versibus P₁.

³⁰³ praedictis: supra dictis P₁.

³⁰⁴ cf. AUGUSTINUS, *Epist.* 167 5,n.18; GOLDBACHER 605,10-17; *Glossa marg. in Iac.* 2,3; *Argentinae* 1480–81 514.

³⁰⁵ *Iac.* 2,1.

³⁰⁶ fratres *add.* mei *in marg.* P₁.

³⁰⁷ quibus: quibusdam P₁.

³⁰⁸ *Mich.* 3,10.

³⁰⁹ quod *illeg.* P₁.

³¹⁰ ergo ... propositum *om.* R.

Quamvis autem in omnibus praedictis sit simonia, tamen quia³¹¹ magis proprium pretium est munus a manu quam a lingua vel obsequio, ideo illa simonia est maius peccatum in hoc genere peccati et ideo³¹² legale sacerdotium, quamvis ex consanguinitate sive paterna successione acciperetur, quia potius fuit umbra sacerdotii spiritualis quam aliquid spirituale, tamen illicite dabatur pro munere a manu. Unde dicit Augustinus³¹³: “Ignis sacrificii³¹⁴, qui septuaginta annis Babylonicae captivitatis sub aqua vixerat”, II Macch. 1³¹⁵, “extinctus est Antiocho Iasoni vendente sacerdotium” II Macch. 4³¹⁶.

Dicunt etiam quidam papam non posse committere simoniam cum quacumque persona ecclesiastica, quia nihil lucratur, cum omnes res ecclesiarum sint³¹⁷ suae. Sed stultum est hoc dicere, cum origo huius haeresis fuerit in voluntate ineundi pactum cum primo papa, idest cum Petro, etiam tunc temporis, quando omnibus fidelibus erant omnia communia. Nec res ecclesiarum sunt papae, nisi sicut secundum leges omnia sunt principis, scilicet ad gubernandum, non ad possidendum. Et si etiam hoc secundo modo sint suae, tamen esset simonia, quia non possidet eas actu, sed sibi debentur, cum voluerit accipere. Et qui debitori suo daret aliquod³¹⁸ spirituale, ut³¹⁹ recuperaret³²⁰, quod suum est, simoniam committeret. Idem ergo est in proposito. (P₁ 155ra)

Pecunia autem vel pecunia simoniace recepta non debet restitui ei, qui dedit, si ipse remanet in saeculo, in poenam tanti flagitii, sed illi ecclesiae, in cuius iniuriam data sunt, a quocumque accepta fuerint, nisi monasterium aliquod totum vel tota aliqua ecclesia aliquod praedictorum simoniace acceperit, ut aliquem reciperet in monachum vel in canonicum. Tunc enim non potest manere apud monasterium vel ecclesiam, in cuius iniuriam aliquid talium datum est, quia ex delicto fecit hoc dato indignum³²¹. Tunc enim³²² dabitur³²³ pauperibus. Dixi autem ‘totum monasterium vel tota ecclesia’, quia, si tantum cum uno de collegio vel cum aliquibus simonia commissa sit, potest id, quod datum est, manere apud monasterium vel ecclesiam, quia in eius iniuriam data est, et debitum personae non debet redundare in damnum ecclesiae.

³¹¹ quia P₁^c Ioh. om. KP₁*R.

³¹² ideo add. sacerdos K add. sed del. sacerdos P₁R.

³¹³ ap. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 1, can.29; RICHTER-FRIEDBERG I 371.

³¹⁴ sacrificii: sacerdotii KP₁*.

³¹⁵ cf. II Macch. 1,18–22.

³¹⁶ cf. II Macch. 4,7–10.

³¹⁷ sint: sunt KP₁.

³¹⁸ aliquod: ad K aliquid P₁.

³¹⁹ ut om. KR.

³²⁰ recuperaret: ircuperaret (?) K illeg. P₁ irrecuperaret R.

³²¹ indignum: indigno KR.

³²² enim: ergo P₁.

³²³ dabatur: dabit KP₁.

Et hoc, quod diximus de beneficio, intelligendum est etiam³²⁴ de ordine. Nam si aliquis dat pecuniam pro habendo ordine, *si habet beneficium, ad cuius titulum ordinatur illi beneficio, fit iniuria, cum gratis ad ipsum debuerit ordinari, et ideo ei restituenda est.* Si vero non habet beneficium, debet pecunia cedere illi cathedrali ecclesiae, in cuius ignominiam data est.

Si vero qui dedit pecuniam³²⁵, iam erat religiosus et transeat de illo monasterio ad aliud vel transeat ad religionem, debet eidem pecunia restituiri, vel si dedit possessiones, debent saltem quoad usumfructum dari illo monasterio, ad quod ingreditur, quia religio purgat culpam, et iustum est, ubi sit³²⁶ onus, sit etiam emolumentum. Tamen (P₁ 155rb) statim ipso mortuo redibit ususfructus ad proprietatem.

Ex praedictis sequitur, quod, cum iurisdictio sit quid spirituale, quamvis temporalia possint³²⁷ emi ab aliquo habente aliquod³²⁸ beneficium ad tempus vitae suae et quamvis etiam iurisdictio possit remitti imposito annuo censu illis, quibus remittitur, in signum subiectionis antiquae, ut dicit Innocentius tertius³²⁹, tamen ipsa iurisdictio non potest sub³³⁰ annuo censu concedi sine vitio simoniae. Tamen illi, qui concedunt munus a manu in (R 178ra) aliquibus casibus³³¹ posse dari pro spirituali, dicunt etiam aliquem posse locare ecclesiam alicui sacerdoti, et per consequens idem presbyter potest locare operas suas, idest ut ibi officietur non habiturus ibi alias aliquam iurisdictionem. Sed nos utrumque dictum reprobamus³³² asserentes, quod in talibus non habet locum locatio vel conductio, sicut nec emptio vel venditio, sed, sicut supra diximus, [sed] ei, qui sponte et liberalitate³³³ altario³³⁴ deservit, dantur sumptus, ut de altario³³⁵ vivat.

Si tamen episcopus gratis committeret vices suas, teneretur tali vicario constituere salaryum, unde viveret, quia non debet suis stipendiis militare, cum non ad vices illas teneatur. Inter illa etiam, quae non sunt ex se simoniaca, sed ex statuto ecclesiae quae vocantur simoniaca, quia prohibita, sunt quaedam³³⁶, quae, licet non sunt³³⁷ spiritualia, tamen instar habent spiritualium, scilicet magisterium et licentiam³³⁸ docendi et alia, quae

³²⁴ est etiam *inv.* KP₁.

³²⁵ si ... pecuniam *iter.* R.

³²⁶ sit: est P₁.

³²⁷ possint: possunt KP₁.

³²⁸ aliquod: aliquid R.

³²⁹ cf. *Decretal. Gregor.* IX, lib. III, tit. 36, cap. 6; RICHTER-FRIEDBERG II 603–605.

³³⁰ sub *om.* KP₁.

³³¹ casibus *om.* K *in marg.* P₁.

³³² reprobamus: reprobavimus R.

³³³ liberalitate: liberaliter P₁.

³³⁴ altario: altari KP₁.

³³⁵ altario: altari KP₁.

³³⁶ quaedam *add.* sunt P₁.

³³⁷ sunt *om.* R.

³³⁸ licentiam: lumina R.

incident rationem istorum. De his ergo dicemus, quod secus est³³⁹ de licentia docendi et magisterio. Nam si iste³⁴⁰, qui ex privilegio³⁴¹ vel ex³⁴² consuetudine habet examinare doctores et dare licentiam docendi, ista faciant³⁴³ obtentu pecuniae, non committunt simoniam, quia non vendunt spirituale vel annexum (P₁ 155va) spirituali eo, quod huiusmodi magisteria sunt tantum quaedam humanae adinventiones, quas antiqui et sancti doctores non curaverunt, sed solum inter eos ille³⁴⁴ aliis excellentioris auctoritatis fuit, qui donum sapientiae suae perfectiori doctrina demonstravit, sicut Petrus³⁴⁵) laudat Paulum dicens sic: "Et carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis³⁴⁶" etc. Est tamen crimen concussionis, quia praetextu officii exigitur, quod non debet, propter quod ille, qui exigit, dignitate officio beneficio spoliari debet. Et quamvis ex utraque parte, idest exigentis et dantis, turpitudo versetur, et ideo videatur potior esse condicio possidentis, tamen succurritur sic licentiato, ut si quid promisit, remittitur promissio, et si iam solvit, restituitur ei id, quod dedit, non obstante aliqua consuetudine non in favorem sui, sed in odium exigentis et propter ecclesiae utilitatem, cui valde pernici osum est, si pro tali lucro doctores insufficientes constituantur.

Magistri vero³⁴⁷ pro scholis regendis habent stipendum sufficiens ab ecclesiis secundum *Constitutionem Eugenii*³⁴⁸ et postmodum Alexandri in Concilio Lateranensi³⁴⁹ et Innocentii in Concilio generali³⁵⁰, sive sint doctores liberalium artium, quae secundum statutum Innocentii debent poni in omnibus collegiatis ecclesiis, quarum facultates ad hoc sufficiunt, sive sint doctores theologiae, qui debent esse in singulis ecclesiis metropolitanis. Simoniam committunt, si aliquid exigunt a pauperibus scholaribus vel a clericis illius ecclesiae, a qua recipiunt beneficium, vel qui sunt (P₁ 155vb) de alia ecclesia, vel si festum de iure vel consuetudine colendum nolunt concedere scholaribus colendum nisi data sibi pecunia, vel e converso diem³⁵¹ non colendum³⁵² concedunt colendum³⁵³ pro pecunia. Simoniam committunt, quia, cum pro³⁵⁴ labore suo habeant sufficiens stipen-

³³⁹ est om. R.

³⁴⁰ iste: is P₁.

³⁴¹ privilegio: praevilegio (*sic*) P₁.

³⁴² ex om. KP₁.

³⁴³ faciant: faciunt KP₁.

³⁴⁴ ille: quod si KP₁.

³⁴⁵ II Petr. 3,15.

³⁴⁶ vobis II Petr.: nobis KP₁R.

³⁴⁷ vero om. R add. qui s. l. P₁.

³⁴⁸ non inveni.

³⁴⁹ *Decretal. Gregor. IX*, lib. V, tit. 5, cap. 1; RICHTER-FRIEDBERG II 768–769.

³⁵⁰ *Decretal. Gregor. IX*, lib. V, tit. 5, cap. 4; RICHTER-FRIEDBERG II 770.

³⁵¹ diem add. non (?) colendum in marg. P₁.

³⁵² non colendum: colendum P₁^c inv. KP₁*.

³⁵³ colendum om. KP₁.

³⁵⁴ pro om. KR.

dium ab ecclesiis, nihil vendunt nisi scientiam, quae est donum spirituale. Gregorius autem dicit in homilia 14³⁵⁵: "Vendentes et ementes de templo eliminavit, quia" "eos, qui donum Dei emere nituntur, damnat", et Beda³⁵⁶ dicit: "Non solum venditores sunt columbarum", "qui sacros ordines largiendo pretium pecuniae vel laudis vel honoris inquirunt, verum hi quoque³⁵⁷, qui gratiam spiritualem" "cuiuslibet humanae causa retributionis exercent contra illud Petri Apostoli: Qui loquitur quasi sermones Dei" etc., I Petr. 4³⁵⁸.

Quapropter cessante causa cessat effectus, idest si³⁵⁹ non sufficiunt eis stipendia ecclesiae, vel si nullum stipendum habent ab ecclesia, possunt exigere salarium moderatum non pro scientia, sed pro labore, nisi sint insufficientes ad docendum. Vel si sponte offertur, possunt recipere, etiam si sua sibi sufficiunt. Similiter si pro pecunia concederent magistri scholari- bus vacationem aliquo profesto propter recreationem, dicunt quidam non esse simoniam, sed turpe lucrum, quia illa recreatio non est spirituale, sicut est celebratio festi.

Cap. 20³⁶⁰ De poena simoniae et de dispensatione circa ipsam, in quo est quaestio, an sit licita

Cum autem per sententiam Petri³⁶¹ constet de poena huius criminis secundum iustitiam divinam, scilicet quod ipsa est perditio damnationis aeternae cum pecunia accusante reum in extremo iudicio, ut etiam sciatur, qua poena ipsum sancti patres extirpare conati sunt cum summa diligentia³⁶², ut, sicut dicit Ambrosius in libro pastorali³⁶³, (P₁ 156ra) "huic usitato³⁶⁴ malo" et "vulneri canceroso³⁶⁵ ignitum inicerent ferrum" securi eius exemplum, qui peccatum hoc omnibus peccatis severius punivit, cum flagello facto de funiculis eiecit (R 178rb) vendentes et ementes de templo, Ioann. 2³⁶⁶ Matth. 21³⁶⁷, notandum est, quod vel est laica et saecularis persona, quae simoniam commisit, vel clericus saecularis vel persona religiosa, et laici debent excommunicari.

³⁵⁵ recte GREGORIUS, *Hom. in Evang.* II 39,n.2; ÉTAIX 381,47–49.

³⁵⁶ BEDA, *Expos. In S. Joann. Evang. expos.* cap. 2, PL 92,665A–B; *Homiliae I hom.* 22, PL 94,117C; ap. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 3, can.11; RICHTER-FRIEDBERG I 417.

³⁵⁷ hi quoque: hi qui K *inv.* P₁.

³⁵⁸ I Petr. 4,11.

³⁵⁹ si om. sed add. s. l. P₁ om. KR.

³⁶⁰ 20: 19 P₁ *lac.* K.

³⁶¹ Act. 8,20.

³⁶² summa diligentia: suma diligēta (*sic*) R.

³⁶³ ap. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 1, can. 7; RICHTER-FRIEDBERG I 359.

³⁶⁴ usitato P₁*Decr.*: visitato KR.

³⁶⁵ canceroso *Decr.*: canceroso K cauterioso P₁R.

³⁶⁶ cf. Ioann. 2,14–15.

³⁶⁷ cf. Matth. 21,12.

Clericus vero vel est *simoniacus in ordine* vel beneficio. Si in ordine, vel active vel passive. Si passive in ordine, idest quia scienter ordinatus est simoniace, *suspensus* est ipso iure quoad se et quoad alios, sive sit manifestum, sive sit occultum, *ab actibus omnium ordinum, non tantum*³⁶⁸ *illius, quem simoniace suscepit.* Et hoc est anathema, de quo dicit Ambrosius in praedicto libro³⁶⁹, quod talis “se noverit anathematis opprobrio condemnatum”. Insuper punitur depositione vel infamia, qualitercumque constiterit de hoc crimine sive per accusationem sive per denuntiationem sive per inquisitionem, licet aliqui contradicant, nec potest repetere pecuniam, quam turpiter dedit.

Ratio³⁷⁰ praedictae suspensionis non est, quod sic ordinatus non recipiat characterem, ut quidam dicunt, quia tunc nec ordinatus esset eo, quod ordo non est sine charactere, sed quia habet³⁷¹ characterem furtive dicente Gregorio quarto³⁷²: “Ordinationes, quae interveniente pretio vel precibus vel obsequio” fiunt, “falsas esse iudicamus, quoniam³⁷³ tales non per ostium, idest per Christum, intrant, sed fures sunt et latrones”, *Ioann.* 10³⁷⁴. Sed furtum ibi sumitur parabolice non proprie, unde sequitur³⁷⁵: “Hoc proverbium dixit eis Jesus” etc. Et ideo simoniacus non est fur, sed habet in praedicto facto similitudinem furis. (P₁ 156rb) Hunc etiam characterem vitiosum, ut dicunt iuristae, et male dicunt, quia nullus est character vitiatus, sed sanctus. Vitoise tamen habet eum simoniacus, unde dicit sanctus Gregorius³⁷⁶: “Cum sacerdotalis ordo intus ortus occiderit³⁷⁷, foris quoque diu stare non poterit³⁷⁸”, supple³⁷⁹ quantum ad exsecutionem.

Item si active sit³⁸⁰ simoniacus in ordine, idest quia simoniace contulit ordinem, est suspensus tantum quantum ad se, non quantum ad alios, si est occultum. Si vero est manifestum, est ipso iure suspensus quoad se et quoad alios. Idem dicunt etiam quidam de passive simoniaco in ordine, scilicet quod, si sit occultum et ille, qui hoc scit, non³⁸¹ possit vitare sine nota, non tenetur³⁸² eum vitare, ne sit proditor fraterni criminis et ne inducat scan-

³⁶⁸ tantum: tamen KR.

³⁶⁹ ap. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 1, can. 7; RICHTER-FRIEDBERG I 359.

³⁷⁰ ratio add. autem KP₁.

³⁷¹ habet: hunc KP₁*R.

³⁷² recte Gregorius septimus: cf. GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 1, can. 113; RICHTER-FRIEDBERG I 402.

³⁷³ quoniam: quia KP₁.

³⁷⁴ cf. *Ioann.* 10,1.

³⁷⁵ *Ioann.* 10,6.

³⁷⁶ GREGORIUS, *Reg. epist.* I ep. 58; Norberg 355,32–33; ex GRATIANUS, *Decretum*, p. II, causa 1, qu. 1, can. 117; Richter-Friedberg I 403.

³⁷⁷ occiderit: acciderit R.

³⁷⁸ poterit: poterat KP₁.

³⁷⁹ supple: supre (?) K illeg. P₁.

³⁸⁰ sit: fit R.

³⁸¹ non del. P₁^c.

³⁸² tenetur: teneatur KP₁*.

dalum aliorum. Et hoc satis probabile est. Si vero sit simoniacus in beneficio, iterum hoc vel active vel passive. Si active, idest in collatione beneficij cuiuscumque, vel fuit mediator simoniae, si est occultum, est suspensus tantum quantum ad se, sicut et quilibet constitutus in mortali peccato. Si vero sit manifestum, est suspensus quoad se et quoad alios, cum etiam accusatus³⁸³ de simonia prohibeatur missarum solemnia celebrare pendente accusatione a papa Adeodato³⁸⁴ 385.

Passive vero simoniacus in beneficio³⁸⁶ est, qui simoniace recepit beneficium, vel receperit sic simplex beneficium, et tunc est idem, quod diximus de eo, qui active est simoniacus in beneficio, nisi quod iste convictus per accusationem deponitur, per inquisitionem vero vel per denuntiationem amovetur et tenetur renuntiare beneficio et restituere omnes fructus perceptos et qui (P₁ 156va) percipi potuissent deductis expensis, quae fiunt quaerendorum, congregandorum, conservandorum fructuum gratia, qui deducuntur tam a bonae quam a malae fidei possessore, vel quas alias non expendit in servitium et utilitatem ecclesiae, quia omnis possidens sine titulo, idest sine iusta causa possidendi, vel qui possidet tali titulo, qui pro non titulo habetur, idest quia³⁸⁷ turpiter et contra legum interdicta³⁸⁸ mercatus est, tenetur ad omnia damna et lucra percepta et percipienda. Et idem dicemus in omni simoniaca receptione cuiuscumque beneficij vel dignitatis, sive ipse fecerit simoniam, sive ipso sciente et consentiente facta sit, vel, si statim cum scivit, non renuntiavit. Aliter si esset bonae fidei possessor, non teneretur de³⁸⁹ consumptis³⁹⁰ fructibus, sed de exstantibus tantum.

Vel recipit sic dignitatem vel beneficium habens curam animarum, et tunc est suspensus quoad se et quoad alios. Unde cum exsecutionem³⁹¹ auctoritatis sui beneficij non habeat³⁹², quidquid agit gerendo officium suae dignitatis, suspensus agit et decipit animas subiectorum. Multi tamen theologorum dicunt, quod, si episcopus occulte simoniacus praecipit alicui, quod ordines ab ipso³⁹³ recipiat, debet ille, cui praecipitur, oboedire, et recipit ordinem et exsecutionem ordinis, etiam si ordinandus scit episcopum esse simoniacum, quia, quamdiu ab ecclesia toleratur, oboediendum est ei, et in hoc casu suspensus est quantum ad se non quantum ad alios, ut isti dicunt.

³⁸³ accusatus P₁ (P₁^c *illeg.*): accusatur KR.

³⁸⁴ *non inveni.*

³⁸⁵ Adeodato *coni.*: a deo data KR a deodata *sed del.* a P₁.

³⁸⁶ beneficio: beneficiis KP₁.

³⁸⁷ quia: qui KP₁.

³⁸⁸ legum interdicta: interdictum K *inv.* P₁.

³⁸⁹ de *add.* sumptibus KP₁.

³⁹⁰ consumptis: sumptis (?) R*.

³⁹¹ exsecutionem: executionem (*sic*) R.

³⁹² habeat: habeant KR.

³⁹³ ordines ab ipso *iter.* R.

Ad intelligentiam autem dictorum (P₁ 156vb) sciendum est, quod aliquis est suspensus quantum ad se tantum, scilicet qui iure divino indignus est³⁹⁴ actum sacramentalem exercere, sicut quilibet in peccato mortali exsistens suspensus est a celebratione missae et ab omnibus acti(R 178va)bus spiritualis ministerii, et ideo peccat ea exercendo. Aliquis autem³⁹⁵ suspensus est³⁹⁶ quoad se et quoad alios ita, scilicet quod nec ei licet³⁹⁷ exercere suum officium et illi, qui sciunt, tenentur eum vitare, et hoc propter sententiam canonis vel iudicis, ut simoniacus et notorius³⁹⁸ fornicator. Aliqui vero minus proprie dicuntur suspensi quoad alios non quoad se, ut sacerdotes peregrini ignoti. Illi enim ex devotione privatim possunt celebrare, sed non debent permitti, quod³⁹⁹ celebrent plebi, quia non est certum de eorum ordinatione, ut dicit Augustinus⁴⁰⁰ in sermone quodam ad populum⁴⁰¹.

Si vero religiosi aliqui simoniace sunt recepti et hoc ipsis scientibus et post generale concilium, sine spe restitutionis de suo monasterio repulsi detrudantur in locum arctioris regulae ad agendam perpetuam paenitentiam, vel si non invenitur arctior regula, post puram et absolutam abrenuntiationem saltem ad tempus mittetur in aliud monasterium eiusdem regulae et postea eligatur de novo mutato loco priori et inferiori assignato. Si vero ipsis scientibus sed ante concilium, tunc debent in aliis locis eiusdem ordinis collocari, quod si commode non potest fieri, tunc ne damnabiliter in saeculo evagentur, debent (P₁ 157ra) dispensative recipi de novo in eisdem monasteriis mutatis locis prioribus. Si vero facta est simonia ipsis ignorantibus sive ante concilium sive⁴⁰² post renuntient simpliciter, et postea in eisdem monasteriis possunt eligi de novo mutatis tamen locis. Potest autem cum omnibus praemissis episcopus dispensare.

Ut autem de hac materia, idest dispensatione circa ordinem, plenius constet, distinguendum est, quod cum simoniaco in ordine potest solus papa dispensare, etiam si eis scientibus commissa est, nisi in aliquo casu⁴⁰³ et in aliis irregularitatibus quibusdam, quae his versibus⁴⁰⁴ continentur⁴⁰⁵: “*Sive bis ordo datur vel baptismus repetatur*”, scilicet scienter, “*sive, ut evertatur fidei status, ordo petatur*”, scilicet cum aliquis in contemptum ecclesiae ab haeretico ordinatur, “*vel si praestetur, ut utrumque Simon operetur*”, scilicet ordinato et ordinatori, “*ut dispensemur, spes irrita prorsus*

³⁹⁴ est om. K s. l. P₁.

³⁹⁵ autem: enim KR.

³⁹⁶ est om. R.

³⁹⁷ licet: licite R.

³⁹⁸ notorius: notarius P₁*.

³⁹⁹ quod: quia R.

⁴⁰⁰ non inveni.

⁴⁰¹ populum: papam KP₁.

⁴⁰² sive om. R.

⁴⁰³ casu om. K in marg. P₁.

⁴⁰⁴ versibus: verbis K verbi R.

⁴⁰⁵ ap. RAYMUNDUS, *Summa de poen. et matr.*, lib. I, tit. 1, §11; Romae 1603 12.

habetur". Non quod papa non possit dispensare, ut aliqui fabulantur, cum sit de iure positivo, quod totum sit⁴⁰⁶ in potestate papae, sed quia non consuevit in his casibus papa dispensare. Et hoc rationabiliter, *quia in omnibus his casibus iniuria fit sacramento ordinis, et ideo merito in eo punitur, in quo delinquit.*

Si vero nesciente ordinato simonia commissa sit, tunc, si est commissa cum episcopo ordinatore, ipse non potest dispensare propter turpitudinem suam, sed successor eius vel alias episcopus, in cuius diocesi ordinatus haberet beneficium vel domicilium, vel metropolitanus vel papa. Si vero non cum episcopo sed cum collaterali suo commissa est simonia episcopo ignorante, potest ipse episcopus (P₁ 157rb) dispensare.

Potest etiam episcopus dispensare cum religiosis, ut diximus, et cum eo, qui ignoranter simoniace recipit simpliciter beneficium, idest cui non est annexa aliqua dignitas, post liberam resignationem. Ideo autem⁴⁰⁷ diximus 'simplex beneficium', quia, si alicuius electionem ad praelaturam propter simoniam commissam eo ignorante et ratum non habente contigerit⁴⁰⁸ reprobari per sententiam, non posset episcopus illa vacatione cum eo dispensare. *Item dispensare potest in minoribus speciebus simoniae, scilicet quae committitur in exequiis mortuorum, in benedictionibus nubentium, in cimiterii consecratione, in sacrorum vasorum vel vestimentorum benedictione, in receptione chrismatis, in aquae benedictae vel salis seu panis benedicti venditione.* Tamen aliqui dicunt, quod in his tribus ultimis casibus non requiritur dispensatio, quia huiusmodi simonia non generat irregularitatem, sed primum tutius est, quia Deus non respicit quantum, sed ex quanto fiat. Item potest dispensare in illis casibus, quos supra diximus de magistris.

Est tamen caute videndum de simoniaco in ordine, quia, ut dicit Innocentius quartus⁴⁰⁹, "si quis obtinuerit ordinem vel beneficium⁴¹⁰ alio dante pecuniam alteri quam ipsi ordinatori⁴¹¹", et tamen⁴¹² "sine pecunia obtenturus erat", "non est simonia". "Si vero ipse ordinandus dedit", "simonia est", "etiam si sine pecunia obtenturus erat", quia ecclesia⁴¹³ in iudiciis suis ex praesumptione procedit⁴¹⁴.

⁴⁰⁶ sit corr. est s. l. P₁.

⁴⁰⁷ autem: ante R.

⁴⁰⁸ contigerit coni.: contingit K contingat P₁ contingerit R.

⁴⁰⁹ INNOCENTIUS IV, *Comment. super V Decretalium* tit. 3, cap. 7; Francofurti 1570, 499r.

⁴¹⁰ ordinem ... beneficium: beneficium vel ordinem KP₁.

⁴¹¹ ordinatori illeg. P₁.

⁴¹² tamen: non KP₁*R.

⁴¹³ ecclesia: etiam KP₁.

⁴¹⁴ procedit: processit KP₁*

De dispensatione vero circa simoniacum in beneficio, sciendum⁴¹⁵ est⁴¹⁶, quod illa fit quattuor modis. Est enim dispensatio (R 178vb) parva, ut habeat laicam communionem, idest quae laicis datur (P₁ 157va) in pascha vel⁴¹⁷ aliis solemnitatibus, maxima, ut in alia ecclesia in suo ordine remanente, maior, ut in eadem ecclesia minores ordines⁴¹⁸ exsequatur, maxima, ut etiam maiores ordines in eadem ecclesia exsequatur⁴¹⁹. Et illa dispensatio est plena, quando permittitur⁴²⁰ promoveri ad sacerdotium et non ultra, plenior, quando etiam permittitur fieri episcopus et non primas, plenissima autem⁴²¹ ad omnia dispensatur.

Si vero quaeritur⁴²², a quo possit dispensari, dicimus salvo meliori iudicio, quod, si simonia commissa est ignorante eo, cui beneficium acquiritur, et ignorante episcopo, potest episcopus dispensare, ut, postquam pure ac⁴²³ simpliciter illi beneficio renuntiaverit, idem beneficium de novo eidem conferatur. Sed si episcopus scienter tali contulit beneficium, ipse non potest dispensare sed superior, vel si sciente beneficiato commissa est simonia, solus papa potest dispensare. Si vero sola intentione vel voluntate commissa sit simonia, potest episcopus dispensare, vel potius nec est necessaria dispensatio, sed, ut supra diximus, per condignam paenitentiam liberatur, cuius ratio patet ex predictis. Cum illo, qui contulit quoque et⁴²⁴ est simoniacus ex collatione ordinis vel beneficii vel fuit mediator simoniae, et cum illo, qui carnales preces interposuit etiam pro indigno nulla interveniente condicione vel pacto, et cum⁴²⁵ illo⁴²⁶, qui ordinem suscepit simoniace in ordinibus rite ante susceptis, et in executione ordinum cum eo, qui recepit simoniace beneficium, postquam resignavit, potest episcopus dispensare, si⁴²⁷ sit immunis ab alio⁴²⁸ peccato, alioquin⁴²⁹ potest in iudicio paenitentiali metropo(P₁ 157vb)litanus dispensare, *quando ex consuetudine habet audire in confessione subditos suffraganeorum suorum*.

Tamen sciendum est, quod, si scienter simoniacus in susceptione ordinis, occultus vel manifestus, et notorius simoniacus in beneficio sit suspensus ab executione omnium ordinum etiam non simoniace susceptorum, tamen si

⁴¹⁵ sciendum: sciende (*sic*) R.

⁴¹⁶ est *om.* R.

⁴¹⁷ vel *add.* in KP₁.

⁴¹⁸ ordines *om.* K *in marg.* P₁.

⁴¹⁹ maxima ... exsequatur *om.* R.

⁴²⁰ permittitur: promittitur KR.

⁴²¹ autem *add.* cum *s. l.* P₁.

⁴²² quaeritur *om.* R.

⁴²³ ac: et KP₁.

⁴²⁴ et *om.* KP₁*R.

⁴²⁵ cum: ut KP₁*R.

⁴²⁶ illo: ille KR.

⁴²⁷ si: *ex sit forsitan corr.* si R.

⁴²⁸ alio: illo KP₁.

⁴²⁹ alioquin: aliquando KP₁*.

alius eo ignorante dedisset pecuniam, non esset suspensus, nisi in eo, quod simoniace obtinuit, ut dicit Innocentius quartus⁴³⁰.

Si vero in adeptione⁴³¹ beneficii non intercessit pecunia sed obsequia vel preces carnales ab ipso vel ab alio interposita⁴³², si erat indignus, debet resignare, quia preces vel obsequia succedunt loco pretii. Si vero erat dignus, sufficit paenitentia⁴³³ sola de intentione corrupta.

Hoc crimen est in tanta persecutione ecclesiae tamquam deordinans totum ordinem ecclesiasticum, quod vocatur a sanctis patribus crimen enorme et crimen exceptum et crimen, ad cuius accusationem quilibet admittitur, et meretrix ut dicit⁴³⁴ †...† papa⁴³⁵.

Et crimen in hoc excedens alia crimina, quod⁴³⁶, ut idem papa dicit⁴³⁷, omnis peccator occultus etiam excommunicatus missam cantare potest praeter simoniacum et occultum, quia suspensus est quoad se et quoad alios. His tamen adversari videtur, quod Iacob emit primogenitaram, cum tamen hoc annexum sibi habuerit spirituale, quia ante legem fuerunt ipsi sacerdotes. Dicit enim Hieronymus⁴³⁸ tractans illud *Gen. 14*⁴³⁹: “Erat enim sacerdos Dei altissimi”⁴⁴⁰, quod Hebraei tradunt a Noe, “donec sacerdotio fungeretur Aaron”, “omnes primogenitos” “fuisse pontifices”, et Rabanus⁴⁴¹ idem dicit. Item consuetudo est aliquarum ecclesiarum, quod in absolutione ab (P₁ 158ra) excommunicatione accipiunt pecuniam. Sed ad primum dicendum est, quod ordinatione divina ius primogeniturae pertinuit ad Iacob, *Gen. 25*⁴⁴²: “Maior serviet minori”, *Mal.*⁴⁴³ 1⁴⁴⁴: “Iacob dilexi Esau odio habui”. Et ideo non emit illud ius sed vexationem redemit. Tamen Hieronymus de suo nihil ibi dicit, sed tantum expositionem⁴⁴⁵ Hebraeorum recitat et ibidem⁴⁴⁶ etiam dicit opinionem eorum esse, quod Melchisedech fuerit filius Adae et quod vixerit usque ad tempora Isaac, quod falsum esse credo. Unde non constat primogenitaram fuisse aliquid⁴⁴⁷ spirituale. Si

⁴³⁰ INNOCENTIUS IV, *Comment. super V Decretalium* tit. 3, cap. 7; Francofurti 1570, 499r.

⁴³¹ adeptione: adoptione R.

⁴³² interposita: interpositas KR.

⁴³³ paenitentia: pecunia KP₁*.

⁴³⁴ dicit: dicitur P₁.

⁴³⁵ papa om. KR.

⁴³⁶ quod: quia KP₁.

⁴³⁷ dicit om. KP₁.

⁴³⁸ cf. HIERONYMUS, *Hebr. quaest. in libro Gen. 14,18*; DE LAGARDE 19,12.15–16.

⁴³⁹ *Gen. 14,18*.

⁴⁴⁰ altissimi add. dicit K add. sed del. dicit P₁.

⁴⁴¹ cf. RABANUS, *Comm. in Gen. II* 16; PL 107,540A–B.

⁴⁴² *Gen. 25,23*.

⁴⁴³ *Mal.*: Macch. KP₁*.

⁴⁴⁴ *Mal. 1,2–3*.

⁴⁴⁵ expositionem: opinionem R.

⁴⁴⁶ cf. HIERONYMUS, *Hebr. quaest. in libro Gen. 14,18*; DE LAGARDE 19,13–14.

⁴⁴⁷ aliquid: aliquid KP₁.

etiam pro absolutione accipitur pecunia, simonia est. Si vero per eam⁴⁴⁸ poena⁴⁴⁹ pecuniaria⁴⁵⁰ imposta est super excommunicatos, ne contemnant iurisdictionem⁴⁵¹ ecclesiae, et posita ab eo, qui auctoritatem statuendi habuit, et exigitur poena non ut pretium, non est simonia, sed species mali est.

Abstract

The article contains an edition of chapters 19–20 (Book VI tr. 3) of the De summo bono by Ulrich of Strasbourg. The text has been reconstructed on the basis of the manuscripts Paris, Bibliothèque Nationale de France, lat. 15901 (ff. 147vb–158rb) and Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. lat. 1311 (ff. 175va–179ra), representatives of the two families into which the De summo bono manuscript tradition is split up. In case of discrepancy between the two codes, the manuscript Köln, Historisches Archiv der Stadt Köln, GB f°170 (ff. 54rb–61va) has been consulted.

The two chapters in question, edited for first time, deal with simony. As I have shown in an article published in the preceding issue of the Freiburger Zeitschrift für Philosophie und Theologie (55 [2008] 1, 64–97), the treatments on moral theology, penitential law, and pastoral care contained in large sections of De summo bono Book VI represent a prominent aspect of Ulrich's thought, which however has been so far neglected or underestimated by scholarship.

Among these treatments, that concerning simony is one of the most relevant and had wide circulation among later authors (e.g., John of Freiburg, Bruder Berthold, John Nider, etc.).

The present edition reveals Ulrich's legal competence on this subject – explicitly cited are Gratian's Decretum, the collections of Decretales, and the texts of the decretists and the decretalists (Iohannes Teutonicus and Innocent IV) – as well as his use of a casuistic method.

Thanks to this edition specialists in canon law and pastoral care will have easy access to Ulrich's doctrine on simony and will be able to assess its importance and to place it within the wider context of the late-medieval debate on this topic, tracing its dependence and its influence on other authors.

⁴⁴⁸ per eam *del.* P₁^c.

⁴⁴⁹ poena *om. sed suppl. in marg.* P₁ *om. R.*

⁴⁵⁰ pecuniaria: pecuniariam R.

⁴⁵¹ iurisdictionem: interdictionem K introductionem P₁^{*}.